Schulz · De Mythographi Vaticani Primi Fontibus · 1905

DE
MYTHOGRAPHI VATICANI PRIMI FONTIBUS

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI

CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

RICARDUS SCHULZ

BRANDENBURGENSIS

HALIS SAXONUM

TYPIS EXPRESSIT C. A. KAEMMERER

MCMV

GEORGIO WISSOWA

SACRUM

Praefatio.

Mythographus qui dicitur Vaticanus primus in lucem editus est primum ab Angelo Maio,[1]) deinde a G. H. Bode.[2]) Huius libri unus tantum codex manuscriptus innotuit, Vaticanus Reginensis 1401, cuius scriptura Maio ad X vel XI saeculum referenda videtur.[3]) Maius cum libri secundi subscriptionem falso legeret ‚Explicit liber secundus C. Hygini fabularum', scriptorem C. Hyginum quendam esse putavit; secutus est eum G. H. Bode, qui ipse codicem non contulit, atque enucleare conatus est quis ille C. Hyginus esset (cf. Bodii praefat. p. XIV sqq.); alii existimabant, cum Hyginus clarissimus fabularum scriptor notus fuisset, eius nomen mythographo Vaticano nomine carenti inditum esse.[4]) Cuius

1) Classicorum auctorum e Vaticanis codicibus editorum tom. III p. 1—82, Romae 1831.

2) Scriptores rerum mythicarum Latini tres, p. 1—73, Cellis 1834.

Ceterum monendum est editiones mythographi parum sufficere, quam ut eis fundamento usi locos corruptos emendare possimus: cf. O. Rossbach (in Fleckeis. annal. 131, 409): . . . *die Vergleichung der Handschrift hat ergeben, dass Mais Abdruck, welchen Bode mit vielen Druckfehlern wiederholt, in jeder Beziehung ungenügend ist. Nicht nur sind die allerdings recht häufigen Abkürzungen oft falsch gelesen, es findet sich auch eine grosse Anzahl Flüchtigkeitsfehler. Ganze Wörter, ja Sätze sind ausgelassen und viele unberechtigte Änderungen vorgenommen. So giebt die Handschrift gleich gegen Ende von I 2 ‚Athene dicta est urbs', nicht ‚Athenae dictae sunt'* e. q. s. Cf. etiam Michaelis (Apulei Psyche et Cupido, ed. O. Jahn, ed. V praef. p. XII).

3) cf. Mai edit. praef. p. V et O. Rossbach in Fleckeiseni annalibus 131 p. 408.

4) cf. Teuffel-Schwabe, Gesch. d. römisch. Litter.[4] p. 71.

controversiae finem fecit O. Rossbach, qui in Fleckeiseni annal. 131 p. 408 veram illius subscriptionis lectionem omnes docuit: ‚Explicit liber secundus C. hñf (= centum habens) fabulas sicut et primus.'

Scriptoris igitur vel potius compilatoris ne nomen quidem accepimus. Qui qua aetate fuerit, tum demum quaerere licebit, cum fontes satis cognoverimus. In quibus Servii in Vergilium commentarios esse iam Maius vidit.[1]) Servium mythographi fontem esse demonstrare conatur Bode praef. p. XV, qui praeterea cognovit cum Fulgentio, cum argumentis metamorphoseon Ovidii, cum scholiis in Statium, Lucanum, Horatium, Germanicum, cum Isidori Hispalensis Originibus, cum Hygini Astronomia mythographo Vaticano esse quasdam similitudines. Quae tamen ratio inter mythographum I et illa scripta intercederet, Bode diiudicare conatus non est, sed eis tantum ‚auxiliis ad scriptoris verba melius constituenda aptissimis' (praef. p. V.) usus est; in plurimis fabulis similitudines non repperit. Alii viri docti de Servio et Fulgentio mythographi auctoribus quasi in transitu disseruerunt.

Iam cum in fontes mythographi Vaticani I nemo accuratius inquisiverit, equidem ad hanc quaestionem accessi.

Atque ut melius cognoscamus, quos auctores hic scriptor adierit, imprimis scire necesse est, quanam ratione in auctoribus adhibendis mythographus usus sit. Quae dilucide in eis fabulis perspici potest, quae ex fontibus adhuc superstitibus petitae sunt. Atque Servio et commentario Statiano, quos a mythographo adhibitos esse facile probari potest, cum mythographo collatis hunc in universum ad verbum auctores suos expilavisse patet. Ut exemplum afferam: fabula 8 sumpta est e Servii ad Georg. I 163 commentario:

---

1) cf. praef. p. VII: *Servium Hyginus noster nominatim numquam appellat. locum tamen eius in fabula LXXIV et alios alibi sibi vindicat,* et adnotat. ad fab. LXXIV p. 29: *universa haec narratio sumitur ex Servio ad Aen. VIII 646. nisi forte suspicari licet Servium potius a nostro mythographo sumpsisse.*

M. V. fab. 8:

Eleusis civitas est Atticae provinciae, haud longe ab Athenis. In qua cum regnaret Celeus, et Cererem, quaerentem filiam, liberalissime suscepisset hospitio, illa pro remuneratione ostendit ei omne genus agriculturae; filium etiam eius Triptolemum recens natum per noctem igne fovit, per diem divino lacte nutrivit, et eum alatis serpentibus superpositum per totum orbem misit ad usum frumentorum hominibus indicandum.

Serv. Ge. I 163 p. 169,$_{23}$–170,$_{4}$: Tardaque Eleusinae m. v. p.] Eleusin civitas est Atticae provinciae, haud longe ab Athenis. in qua cum regnaret Celeus et Cererem, quaerentem filiam, liberalissime suscepisset hospitio, illa pro remuneratione ostendit ei omne genus agriculturae, filium etiam eius Triptolemum recens natum per noctem igne fovit, per diem divino lacte nutrivit, et eum alatis serpentibus superpositum per totum orbem misit ad usum frumentorum hominibus indicandum. ergo hoc dicit e. q. s.

Interdum mythographus fontem ad verbum exscripsit, ubi mutare debebat: e. g. fab. 64 (e Servio ad Ge. III 4): *unde eum durum poeta appellavit* . . . (i. e. Vergilius);

fab. 170 (e schol. Stat. ad Theb. I 106): *Athracias* (pro *Athracis* sc. ars), *qui* (sic in codice) *fuit* e. q. s.;

fab. 182 (e S. Ae. VII 190): *bene autem supra* (sc. Vergil. Ae. VII 187) *ei lituum dedit* (Bode pro *supra* scripsit *poeta*);

fab. 228 incipit: *Physiologia vero hoc habet* . . .: hoc verbum inane e Servio (ad Aen. VI 893) sumptum est. (Vocem *vero*, quam Maius omisit, in codice esse docet O. Rossbach l. c. p. 410).

Contra in fab. 194 recte addidit poste verba *unde est illud in fine* : *Vergilii* (melius dixisset *Bucolicorum Vergilii*), quod apud Servium necessarium non est, quippe qui de Vergilii Bucolicis illo loco scribat.

Nonnumquam omisit mythographus quae ei videbantur non esse idonea, cf. fab. 1 (e Serv. Buc. VI 42):

M. V. fab. 1:

Prometheus post factos a se homines dicitur auxilio Minervae caelum ascendisse; qui adhibita facula ad rotam Solis ignem furatus est, quem hominibus indicavit. Ob quam rem irati dii duo mala immiserunt terris, febres, id est macies, et morbos.

Ipsum quoque Prometheum per Mercurium in Caucaso monte religarunt ad saxum, adhibita etiam aquila, quae cor eius exederet. Haec autem omnia non sine ratione finguntur. Nam Prometheus vir prudentissimus fuit; unde et

primus astrologiam Assyriis indicavit, quam residens in Caucaso monte nimia cura comprehenderat.

Dicitur autem aquila e. q. s.

Serv. Buc. VI 42 p. $72,_5$—$73,_9$:

Prometheus post factos a se homines dicitur auxilio Minervae caelum ascendisse et adhibita facula ad rotam Solis ignem furatus, quem hominibus indicavit. ob quam causam irati dii duo mala inmiserunt terris, mulieres et morbos, sicut et Sappho et Hesiodus memorant. quod tangit etiam Horatius dicens *post ignem aetheria domo subductum macies et nova febrium terris incubuit cohors.* ipsum autem Prometheum per Mercurium in monte Caucaso religaverunt ad saxum, et adhibita est aquila, quae eius cor exederet. haec autem omnia non sine ratione finguntur: nam Prometheus vir prudentissimus fuit, unde etiam Prometheus dictus est ἀπὸ τῆς προμηθείας, id est a providentia. hic primus astrologiam Assyriis indicavit, quam residens in monte altissimo Caucaso, nimia cura et sollicitudine deprehenderat. hic autem mons positus est circa Assyrios, vicinus paene sideribus, unde etiam maiora astra demonstrat et diligenter eorum ortus occasusque significat. Dicitur autem aquila e. q. s.

In eis quae scriptor omisit sunt grammaticae adnotationes, ut in fab. 9 (e Serv. Georg. I 399) post verba *quae alcyones vocantur : sane sciendum est, quia, cum de muliere dicimus, ‚haec Alcyone' facit; cum de avibus ‚hic' et ‚haec alcyon' et ‚hi' et ‚hae alcyones'.* (Alibi autem talia cum ceteris exscripsit, ut fab. 37 (e Serv. Aen. III 73) in fine post verba *Delos autem et civitas dicitur et insula : unde interdum recipit praepositionem.*) Cum Graecae linguae prope ignarus fuisse videatur, Graeca plerisque locis omisit, ut in fab. 1 (cf. p. 5). Ita oratio etiam obscura fieri potest: cf.

Serv. Ae. III 441:	fab. 145:
. . . et eam Cumas vocaverunt, sive ab ἐγκύῳ, id est praegnante, sive ἀπὸ τῶν κυμάτων, id est undis; nam κύματα dicuntur. ‚υ' autem Latini in ‚u' vertunt, ut ‚Byrria' ‚Burria'.	. . . et eam Cumas vocaverunt, sive a praegnante sive ab undis.

Ex qua Graecae linguae ignorantia sequitur Graecos auctores a mythographo adhibitos non esse.

Saepe etiam mythographus brevior est, ubi Servius verba alius scriptoris laudat: cf. fab. 1 (supra p. 5). fab. 7 (e Serv. Georg. I 39) omisit post verba *remeare non potuit : hinc ait Lucanus ‚quae te detineant Henneae dapes'. quam necessitatem modo Vergilius Proserpinae tribuit voluntati.* fab. 27 (e Serv. Aen. III 209) post v. 9 p. 10. *Furiae dicuntur : unde etiam epulas perhibentur abripere, quod est furiarum, ut* (Aen. VI 606) *‚et manibus prohibent contingere mensas'.* fab. 49 (e schol. Theb. V 443) in fine: *unde Vergilius : ‚nautae quo fonte relictum clamassent, ut litus Hyla, Hyla omne sonaret'.*

Perraro mythographus, quae in fonte pluribus verbis exposita sunt, in brevius contraxit, ut fab. 228:

Serv. Ae. VI 893:	fab. 228:
. . . per eburneam vero portam os significatur a dentibus.	per eburneam vero portam designatur a dentibus.

et scimus quia quae loquimur falsa esse possunt, ea vero quae videmus sine dubio vera sunt. ideo Aeneas per eburneam emittitur portam.	Unde et Aeneas per eburneam emittitur portam.
est et alter sensus : Somnum novimus cum cornu pingi. et qui de somniis scripserunt dicunt ea quae secundum fortunam et personae possibilitatem videntur habere effectum. et haec vicina sunt cornu : unde cornea vera fingitur porta. ea vero quae supra fortunam sunt et habent nimium ornatum vanamque iactantiam dicunt falsa esse : unde eburnea, quasi ornatior porta, fingitur.	Vel dicitur eburnea, quasi ornatior porta; nempe ea, quae supra fortunam sunt.

Qua contractione factum est, ut oratio non iam satis perspicua sit.

Quam neglegens mythographus nonnullis locis fuerit, facile cognosci potest e fab. 205 (e Serv. Aen. VI 618. 620), in cuius fine scriptum invenimus: *Discite iustitiam vel nunc in poenis locati.* Quae verba ab hac re alienissima propterea huc pervenerunt, quod apud Servium (ad Aen. VI 618) illam fabulam sequuntur : sunt enim lemma et scholion versus insequentis; fab. 183 (e schol. Stat. Theb. II 4) in fine verba *Vergilius* : *‚dilapsus calor atque in ventos vita recessit‘* sumpta sunt ex scholio ad vers. 1. Qua neglegentia in indagandis fontibus valde adiuvamur.

Saepius mythographus quae diversis locis reppererat, in unam narrationem coniunxit : ut fab. 126 partim (v. 27—29) e Serv. Ge. II 84, partim (v. 29—38) e Serv. Ge. IV 111 sumpta est; fab. 23 partim (v. 8—12. 30—36) e schol. Theb. II 281, partim (v. 13—30) e schol. Achill. I 65.

De suo scriptor nihil fere videtur addidisse nisi res omnibus notas, ut fab. 66 (e Serv. Aen. VIII 190) v. 3: *quem Hercules occidit*; fab. 121 (e Serv. Aen. IV 196) *seu Dionysus*; fab. 181 (e Serv. Aen. XI 259) v. 18 sqq.: *quam Aiax, filius Oïlei, unus de ducibus Graecorum, in templo Minervae vitiavit* (id alibi in Vergilii scholiis narratur, cf. Serv. ampl. Aen. II 414); fab. 160 v. 22 *unde laudes meruit* : hoc fluxit e lemmate scholii Serviani ad Buc. V 11: *Alconis laudes*] *hic Cretensis* e. q. s.

Auctorum quos adiit nomina more scriptorum illius aetatis mythographus reticet : Servius, cui maximam partem debet, nusquam commemoratur. Ea vero nomina auctorum, quae in fontibus suis invenerat, semper retinuit : ut fab. 202 (e Servio Aen. VI 76) apellatur Cato, fab. 129 Varro (e Serv. Ae. V 824), fab. 1 Livius (e Serv. Buc. VI 42), idem fab. 193 (e S. Ae. VIII 330) et fab. 220 (e S. Ae. VI 824), fab. 182 libri pontificales (e S. Ae. VII 190), fab. 39 Plinius (e S. Ae. III 113). Inde recte colligi potest ne Apulejum quidem (fab. 231), Asperum (f. 61), libros horoscopicos (f. 115), Longum (f. 61), Orosium (f. 219), Solinum (f. 79) ipsos exscriptos esse, ut omittam Graecos : Asclepiadem, Eratosthenem, Istrum, Pherecydem. Idem iudicandum est de eis, quae e poetis laudantur, ex Ennio, Euphorione, Gallo, Horatio, Iuvenali, Lucano, Ovidio, Statio, Terentio, Vergilio.

Denique ad fontes investigandos cuiusdam momenti est scire, qua ratione fabulae ordinatae sint. In universum quidem scriptor eum ordinem conservavit, quo narrationes apud auctores inter se sequebantur, e. g.

fab.	1	(Prometheus)	e Serv. Buc.	VI	42
	3	(Scylla)		VI	74
	4	(Tereus et Procne)		VI	78
	5	(Cyclops et Acis)		IX	39
	6	(Silvanus et Cyparissus)	Ge.	I	20
	7	(Ceres et Proserpina)		I	39
	8	(Celeus et Triptolemus)		I	163

fab.	9 (Ceyx et Alcyone)		I 399
	10 (Ceres et Lycii)		I 378.

Ea ratio interdum sine causa neglecta est : ut fab. 2 (Neptunus et Minerva) e Serv. ad Ge. I 12 transscripta est. Contra alibi fabula ex alio fonte antecedenti adiuncta est propter similitudinem argumenti, ut fab. 33:

fab.	30 (Amulius et Numitor)	e Serv. Ae.	I 273
	31 (Lyncus)		I 323
	32 (Oenopion et Orion)		I 535
fab.	33 (Orion)	ex alio fonte	
	34 (Amaracus)	e Serv. Ae.	I 693
	35 (Palamedes)		II 81
	36 (Achilles)		VI 56
	(haec fabula fortasse, quod eadem serie fabularum continetur, cum antecedenti coniuncta est)		
	37 (Latona et Asterie)	e S. Ae.	III 73
	38 (Hesperides)		IV 484
	39 (Atalante et Hippomenes)		III 113
	40 (Helenus)		II 166
	41 (Andromache et Molossus)		III 297
	42 (Sirenes)		V 864
	43 (Venus et Pasiphaë)		VI 11
	44 (Procris)		VI 445
	45 (Amyncone et Palamedes)	ex alio fonte	
	46 (Theseus et Hippolytus	e S. Ae.	VII 761.

Fab. 185—188 sumptae sunt ex argumentis Metamorphoseon Ovidii.

Fab. 220	est	e Serv. Ae.	VI 824
221			825
222			832
223			844
224			845
225			855
226			861
227			VII 47
228			VI 893

Fab. 47—69 hac ratione inter se continentur, quod omnes ad Herculis memoriam spectant, praeter fab. 67 (de Myrmidonibus), quae neque simile argumentum habet ac superior fabula, neque apud auctorem mythographi fabulam 66 sequitur:

fab. 66	e Serv. Ae. VIII	190
67	II	7.

Aliis locis ratio ordinandi perspici non potest.

Quam mythographi rationem libri conscribendi qui satis noverit, illis non adsentietur, qui F. Planciadis Fulgentii Mythologias a mythographo Vaticano excerptas censuerunt.[1]) Suo iure dicit Zink l. l. p. 13: *wirklich treffen wir auch bei diesem I. Mythographen unverkennbare Ähnlichkeiten mit Fulgentius, die unmöglich zufällig sein können.* Sed errat pergens: *Das gelehrte Beiwerk, die ermüdenden Raisonnements, die absonderlichen Etymologieen des Fulgentius finden sich . . . so stark vertreten, dass wir bei dem Mythographen Kenntnis und Benutzung des Fulgentius annehmen müssen.* Neque enim respicit consuetudinem mythographi, quam in adhibendis auctoribus sequitur: Fulgentius omnibus locis copiosior est et saepe longissimas mysticas explicationes habet, quas mythographus Vaticanus totas aut transcripturum aut omissurum fuisse probabile est, si ipsum Fulgentium ad manus habuisset. Atqui interdum ipse quoque tales explicationes affert, quae tamen amplitudine Fulgentium minime adaequare solent; cf. fab. 230 et Fulg. III 5 p. 64 sqq. (ed. Helm):

Fulg. III 5:	M. V. fab. 230:
Decepta Grecia credulitate demonum potius quam deorum numquam deterius suis diis reponeret quam ut eorum ma-	

1) Bode praef. p. XVII *nec Fulgentius sane utrique* (sc. mythographo Vaticano I et II) *ignotus fuit.* cf. Zink, Der Mytholog Fulgentius, p. 13 sqq. Teuffel-Schwabe, Geschichte d. röm. Litt.[5] I p. 72. Helm, Archiv f. lat. Lexicographie 11 p. 77.

trem ueternosam anum non solum puerilem amatricem quantum etiam fingerent et zelotipam. Tantum enim zeli succensa anus invidiosa fraglavit quae nec suis utilitatibus furiosa pepercit, ut unde fructum sperabat libidinis illut veterana succideret meretrix. Et quamvis apud muliebres animos libido optineat regnum, tamen etiam in invicta libidine zelus optinet dominatum. Berecintia enim mater deorum Attin puerum formosissimum amasse dicitur, quem zelo succensa castrando semimasculum fecit. Quid ergo sibi in his Grecia sentiri voluerit edicamus. Berecintiam dici voluerunt quasi montium dominam; ideo matrem deorum, quod deos nuncupari pro superbia voluerunt; ideo eos in Olimpo habitantes quasi excelsos ac superbos; ideo et demonia nuncupant secundum Homerum dum dicit: *μετὰ δαίμονας ἄλλους*, id est : cum deos alios; demos enim Grece populus dicitur, is dicitur unus, et quia populos subdere cupiebant et soli super populos esse demones dicti sunt. Ideo et apud Romanos indigetes quasi nihil indigentes. Ergo Berecinthiam mon-

Berecynthia mater deorum Attin puerum formosissimum amasse dicitur, quem zelo succensa castrando semimasculum fecit.

Berecynthiam dici voluerunt quasi montium dominam. Ideo matrem deorum, quod deos pro superbia nuncupari voluerunt,

tibus praeesse dixerunt quasi verniquintos; quintos enim Attica lingua flos nuncupatur, unde et iacintos dicitur quasi hioscintos, quod nos Latine solus flos dicimus, quasi omnibus perfectior. Nam Epicarmus ita ait : *κυνθοειδὴς στεφηφόρος καὶ ϧανθεὶς προβέβηκε Χρύσαλος*, id est : florigere coronatus atque ebrius processit Crisalus. Itaque florem quamvis quilibet amet, tamen abscidit, ut Berecinthia in Attin fecit : antis enim Grece flos dicitur. Ut Sosicles Atticus in libro teologumenon quem appellavit scribit, matrem deum in modum potentiae voluit poni, unde Cibebe dicitur quasi cidos bebeon, id est gloriae firmitas; unde et Homerus ait : *ῷ κεν Ζεὺς κῦδος ὀπάζῃ*, id est : cui Juppiter gloriam donaverat. Ergo ideo et turrita pingitur, quod omnis potentiae elatio sit in capite; ideo et leonum curru praesidens, quia omnis potentia etiam virtuti dominatur; ideo et multiplici veste, quod omnis potentia ornata sit; sceptrum etiam fert, quod regno vicina sit omnis potentia. Ob hanc rem etiam mater deum dicta est, illud nihilominus ostendere

et matrem deorum in modum potentiae ponunt, unde Cybebe dicitur quasi *κῦδος βέβαιον*, id est gloriae firmitas.

volentes, quod sive indigentes sive dii sive demones aput antiquos a divitiis dicti sunt, ergo potentia divitum mater est; unde et Homerus Agamemnonem considerans ait : *ὦ μάκαρ Ἀτρείδη μοιρηγενὲς ὀλβιόδαιμον*, nec non et Euripides consimilans Tantalum Jovi in tragoedia Electrae ait :

> *ὁ γὰρ μακάριος, κοὐκ ὀνειδίζω τύχας, Διὸς πεφυκὼς ὡς λέγουσι Τάνταλος κορυφῆς ὕπερ . . .*,

id est : beatus ille — nec invideo fortunas eius — Jovis aequalis ut dicitur Tantalus. Ergo potentiae gloria semper et amore torretur et livore torquetur citoque abscidit quod diligit, dum tamen amputet illud quod odit. Denique omnis nunc usque potentia nescit circa suos diuturnum servare affectum, et quod amaverit cito aut zelando amputat aut fastidiendo horrescit. Ideo et Attin dici voluerunt quasi eton; etos enim Grece consuetudo dicitur. Ergo quantuscumque amor sit potentibus, stabilis esse non novit.

Ergo potentia gloriae semper amore torretur et livore torquetur; citoque abscidit, quod diligit, dum tamen amputat illud, quod odit.

Vides verba mythographi Vaticani Fulgentii verborum turba obrui vixque apparere; quem mythographus si exscripsisset, fortasse omisisset Graeca et verba scriptorem laudata,

minime vero explanationes p. 64 v. 16 sq. (*ideo eos in Olympo habitantes* . . .), v. 21 sqq. (*ideo et apud Romanos indigetes* . . .), p. 65, $_{14}$—66, $_{1}$ (*Ergo ideo et turrita pingitur* . . .). Idem animadvertitur fab. 200 et Fulg. III 8 (p. 72) inter se comparatis:

Fulg.	M. V.
Mirra patrem suum amasse dicitur, cum quo debriato concubuit; cumque eam pater utero plenam rescisset, crimine cognito evaginato eam coepit persequi gladio. Illa in arborem myrram conversa est; quam arborem pater gladio percutiens, Adon exinde natus est. Quid vero sibi haec fabula sentiat edicamus. Mirra genus est arboris, de qua sucus ipse exsudat; haec patrem amasse dicitur. Istae enim arbores in India sunt, quae solis caloribus crementantur, et quia patrem omnium rerum solem esse dicebant, cuius opitulatu cuncta germinum adolescit maturitas, ideo et patrem amasse dicitur; dumque iam grandioris fuerit roboris, solis ardoribus crepans ragades efficit, per quas sucum desudat — quod mirra dicitur — et redolentibus lacrimosa guttulis fletus suaves scissuris hiantibus iaculatur. Unde et Adonem genuisse fertur; adon	Myrrha patrem suum amasse dicitur, cum quo inebriato rem habuit. Cumque eam pater utero plenam rescisset, crimine cognito eam evaginato gladio coepit persequi. Illa in arborem myrrham versa est; quam arborem pater gladio percutiens, Adon exinde natus est; quem Adonem Venerem amasse dicunt.
enim Grece suavitas dicitur; et quia haec species odore	Ideo hoc fingitur, quod myrrha videlicet abor generet ἡδονήν,

suavis est, Adonem dicitur genuisse. Ideo autem Venerem eum amasse dicunt, quod hoc genus pigmenti sit valde fervidum; unde et Petronius Arbiter ad libidinis concitamentum mirrinum se poculum bibisse refert; nam et Sutrius comediarum scriptor introducit Gliconem meretricem dicentem: ‚Murrinum mihi adfers quo virilibus armis occursem fortiuscula.‘	quod Graece ‚suavitas‘; quia myrrha gumma suavis est odore; unde et a Venere amatur; quia hoc genus pigmenti sit valde fervidum.

Praeterea cf. fab. 114 et Fulg. I 15 p. 25,
fab. 120 et Fulg. II 12 p. 52,
fab. 125 et Fulg. III 9 p. 72,
fab. 231 et Fulg. III 6 p. 66—70,
fab. 232 et Fulg. III 2 p. 61.

Nonnullis locis Fulgentius ipsa fabella omissa solam explanationem profert, ut II 16 p. 57; contra mythographus f. 229 tradit et fabulam et mysticam explanationem;

cf. Fulg. III 4 p. 63 et fab. 28,
Fulg. III 11 p. 79 et fab. 27.

Nihil autem est, cur putemus Fulgentium e mythographo Vaticano sua mutuatum esse, praesertim si totam rationem atque indolem mythographi respicimus (cf. Zink, Der Mytholog Fulgentius, p. 14). Atque etiam apud mythographum desunt quaedam, quae Fulgentium in ipso fonte repperisse nemo negabit: cf. M. V. f. 109 et Fulg. I 7 p. 21:

M. V. f. 109:	Fulg. I 7:
. . . Tisiphone, id est istarum vox; Megaera, quasi magna contentio.	. . . Tisiphone autem quasi *τούτων φωνή*, id est istarum vox; Megaera autem quasi *μεγάλη ἔρις*, id est magna contentio.

Hic mythographus, ut solet, Graeca quae in fonte fuerunt omisit.

Relinquitur, ut statuamus utrumque scriptorem ex eisdem fontibus hausisse. Eandem sententiam professus est Jungmann:[1]) *plerisque locis, ubi summa inter utrumque scriptorem similitudo intercedit, res ita comparata est, ut diiudicari nequeat, utrum sua Vaticanus mythographus e Fulgentio excerpserit, an potius hic, id quod mihi veri videtur similius esse, eodem quo ille fonte usus mysticas suas explicationes atque scriptorum testimonia addiderit.* Tales mysticae explicationes alibi quoque ut apud Servium inveniuntur; cf. Serv. ad Aen. I 47: *physici Jovem aetherem, id est ignem volunt intellegi, Junonem vero aërem, et quoniam tenuitate haec elementa paria sunt, dixerunt esse germana. sed quoniam Juno, hoc est aër subiectus est igni, id est Jovi, iure superposito elemento mariti traditum nomen est* (cf. ad Aen. I 71. 78). Imprimis autem monente Jungmanno (p. 50 adn. 1) conferendus est Servius ad Georg. III 391: *Endymion amasse dicitur Lunam. qui spretus pavit pecora candidissima et sic eam in suos inlexit amplexus: cuius rei mystici volunt quandam secretam esse rationem.* Quae redeunt apud Vaticanum mythographum fab. 229, ubi etiam mystica illa interpretatio a Servio praetermissa plena exscripta est; item apud Fulg. II 16, qui tamen neque fabellam ipsam habet et de suo aliquid addidit: *Endimionem pastorem (Luna) amasse dicitur duplo scilicet modo, seu quod primus hominum Endimion cursum lunae invenerit, unde et triginta annos dormisse dicitur qui nihil aliut in vita sua nisi huic repertioni studuit, sicut Mnaseas in primo libro de Europa scribens tradidit, sive quod pastorem Endimionem amasse fertur, quod nocturni roris humor, quem vaporea siderum atque ipsius lunae animandis herbarum sucis insudant, pastoralibus prosit successibus.* Hic igitur et Servius et mythographus Vaticanus et Fulgentius eodem auctore usi sunt.

1) quaestiones Fulgentianae: Acta societatis philol. Lips. I p. 50.

Jungmannum sequitur R. Förster (Herm. XIV p. 772 sqq.): (*Der Mythogr. Vatic. I 231*) *hat höchstwahrscheinlich den Fehler* (sc. p. 72,18 *Jove petente* pro *a Jove petens*) *nicht erst aus Fulgentius* (*III 6*) *herübergenommen, sondern schon in derselben Quelle gefunden, aus welcher dieser schöpfte. Die Quelle war im vorliegenden Falle eine Epitome der apulejanischen Erzählung. Dieselbe schloss mit den hier in Rede stehenden Worten. Der Mythograph gab sie ohne weiteres wieder, Fulgentias aber machte aus eigener Lektüre seines Landsmannes noch einen Zusatz, in welchem er über jenen Schluss zurückgreift, und dann ergeht er sich noch in einer Deutung des Ganzen. Hätte der Mythograph den Fulgentius vor sich gehabt, würde er sich dessen Zusatz, insbesondere die Deutung, kaum ganz haben entgehen lassen.*

In argumentis a Zinkio allatis illud quoque est, quod inde a fab. 102 idem fere ordo apud utrumque scriptorem est:

M. V. lib. II:	Fulg. lib. I:
	1 de idolo
102 de Saturno	2 de Saturno
103 de Saturno, Philyra, Chirone	
104 de ortu Jovis	
105 de Jove, Saturno, Venere	3 de Jove et Junone
106 de Junone et horto Hesperidum	
107 de Neptuno	4 de Neptuno
108 de Plutone (et Tricerbero)	5-6 de Plutone et Tricerbero
109 de Furiis	7 de Furiis
110 de Fatis	8 de Fatis
111 de Harpyiis	9 de Harpyiis
112 de Proserpina	10 de Proserpina
	11 de Cerere
113 de Apolline	12 de Apolline
114 de novem musis	13 de corvo
115 de corvo	14 de lauro
116 de lauro	15 de novem musis

117 de Hyacintho	
118 de Eridano (vel Phaethonte)	16 de Phaethonte
	17 de tripode, sagittis, Pythone
119 de Mercurio	18 de Mercurio
120 de Semele et Libero	

Vides eodem fere modo apud Vaticanum mythographum et Fulgentium fabulas esse ordinatas. Quod si putaveris verba quoque eadem esse, erraveris: nam etsi fab. 107—116, et hae quidem ex parte, cum Fulgentio quandam similitudinem habent, tamen fab. 118 et 119 plane discrepant a Fulgentii fab. 16 et 18. Quare arbitror hic et Vaticanum mythographum et Fulgentium quoddam fabularum volumen inspexisse, ex quo nunc omnia, nunc nihil nisi titulos desumpserint, atque aptis locis alia inseruisse (Myth. Vat. fab. 103. 104. 105,$_{24-31}$. 106. 117 [e Serv. Buc. III 63]; Fulg. fab. 11. 17). Similis ordo apud Isidorum quoque (origin. VIII 11 de diis gentium) invenitur:

Isidorus		Fulgentius	
VIII 11, 13	de idolo	I, 1	de idolo
. . . .			
. . . .			
30—33	de Saturno	2	de Saturno
34—36	de Jove	3	de Jove
37	de Jano		
38	de Neptuno	4	de Neptuno
39—41	de Vulcano		
42	de Plutone	5	de Plutone

Ex quibus libris mythographus Vaticanus quae ei cum Fulgentio communia sunt expilaverit, suo loco exponam.

His rebus praemissis iam venio ad ipsam quaestionem, quosnam auctores adierit mythographus. Ac primum quidem disseram de eis, qui ad nos pervenerunt, deinde de eis, qui aetatem non tulerunt.

Caput I.

De fontibus qui aetatem tulerunt.

De Servio.

Servii in Vergilii carmina commentarios a mythographo exscriptos esse cum e plurimis qui ad verbum cum Servio consentiunt locis colligi, tum e quibusdam vestigiis perspicue demonstrari potest: cf. fab. 64: . . . *unde durum eum poeta appellavit*; quis hic poeta sit non intellegitur nisi ex fonte huius fabulae, videlicet Servio ad Ge. III 4, ubi Servius sola voce *poeta* ut in commentario Vergiliano Vergilium ostendit. (Contra qui ipse quoque hunc Servii locum descripsit, scholiasta Statii [ad Theb. VI 289], recte mutavit: *unde Vergilius durum eum vocat dicens ,quis aut Eurysthea durum'.*) Item in fab. 182 verba *bene autem supra ei lituum dedit* (sic in codice) apud ipsum mythographum omni sensu carent; si vero fontem eius fabulae (Serv. ad Aen. VII 190) inspiciemus, videbimus de Vergilii versu 187 libri VII Aeneidos cogitandum esse. Cf. etiam fab. 205 in fine: *Discite iustitiam vel nunc in poenis locati* (v. supra p. 10), et fab. 228: *Physiologia vero hoc habet* (v. supra p. 7).

Huc pertinet etiam quod in codice post fabulam 195 legitur: *quinque sunt Graecae linguae*: *Aeolica, Jonica, Dorica, Attica, communis. nomina septem collium in Roma*: *Palatinus, Quirinalis, Celius, Viminalis vel Squilinus* (!), *Janicularis, Aventinus.* (Haec Maius in editionem non recepit.) De qua re dicit Rossbach (l. l. p. 410): *Diese auffallende*

Tatsache erklärt sich dadurch, dass bei Servius zur Aen. III 121 f. auf die ἱστορία von Idomeneus jene Notiz über die griechischen Dialekte folgt. Sie erschien unserm Compilator so wichtig, dass er in diesem Falle von seinem Plane nur fabulae zu sammeln abwich und sie aus seinem Servius herübernahm.

De ratione inter mythographum et Danielinum Servium intercedente Georgius Thilo in Servii editione (tom. I praef. p. XXXVII sq.) rectissime disseruit: *quae ex Servii commentariis exscripsit, ea cum vulgatis libris, non cum plenioribus consentire solent.* Ad quam sententiam exemplis confirmandam affert eas fabulas, quae ex primi Aeneidos libri commentario fluxerunt. Inprimis id considerandum est, additamenta Danielini Servii ea esse, quae mythographus Vaticanus certo non omisisset: e. g. fab. 39 e S. Ae. III 113: (quae Danielinus Servius addidit, uncis ( ) inclusi):

fab. 39:	Serv. Ae. III 113:
Schoenos civitas est. exinde virgo fuit Atalante,	Schoenos civitas est. exinde fuit virgo Atalante, (Schoenei filia,)
praepotens cursu, adeo ut	praepotens cursu, adeo ut, (cum responsum accepisset, se post nuptias, ut quidam volunt, interiturum, ut quidam vero, in naturam aliam commutandam,)
tres sponsos provocatos ac victos occiderit. postea Hippomenes Venerem, ut sibi	sponsos provocatos ac victos occideret. postea Hippomenes Venerem ut sibi (in eo certamine)
adesset, rogavit : a qua cum accepisset de horto Hesperidum tria mala aurea, provocavit puellam	adesset rogavit : a qua cum accepisset de horto Hesperidum tria mala aurea, provocavit puellam ad cursum et (cum se videret posse superari,)
et singula coepit iacere. tunc Atalante, cupiditate colligendorum malorum retenta,	singula coepit iacere. tunc Atalante, cupiditate colligendorum malorum retenta,

superata est. sed Hippomenes potitus victoria in luco matris deorum, impatientia compulsus, cum victa Atalante rem habuit. e. q. s.	superata est. sed Hippomenes potitus victoria, (cum gratiam Veneri vel oblitus esset, vel neglexisset referre, inpulsu eius) in luco matris deum amoris inpatienta cum victa concubuit. e. q. s.

Deinde Thilo tractat tres fabulas, quibus cum plenioribus libris similitudo quaedam est:

fab. 138 v. 29—32 cf. Dan. Serv. Ae. I 619
(v. 26—28 et 38—40 e Serv. Ae. I 619);

merito dicit Thilo non ita utrumque scriptorem inter se consentire, ut alter ad alterius auctoritatem se applicasse videatur;

fab. 75 ex parte quidem cum Dan. Serv. Ae. IV 99 consentit, sed totius fabulae fons est schol. ad Stat. Theb. III 283;

itaque recte concludi licet ne fabulam 101 quidem, etsi cum Dan. Serv. ad Ae. I 505 ad verbum congruit, ex additamentis Servii excerptam esse, sed ad unum eundemque fontem redire.

Ceterum in fontibus constituendis cautio atque diligentia adhibenda est; cf. fab. 99 cum Servio ad Ae. V 823:

fab. 99:	S. Ae. V 823:
Glaucus piscator fuit de Anthedone civitate. qui cum captos pisces super herbam posuisset in litore, et illi recepto spiritu maria petissent, sensit quandam herbarum potentiam. quibus esis conversus est in numen marinum.	Glaucus (Anthedonius) piscator fuit. qui cum captos pisces supra herbam abiecisset et eos recepisse vidisset quam amiserant vitam, intellecta herbarum potentia, esu earum in deum mutatus est.

Hic Thilo adnotavit: *exscripsit Myth. I 99.* Sed vere illa fabula ad verbum expressa est ex Servio ad Georg. I 437.

Ut artius vinculum inter mythographum et certum Servii codicem deprehenderem, mihi non contigit. Saepius quidem cum codice Monacensi 6394 consentire videtur: cf.

	Myth. I.	cod. M.	
fab. 60:	templum fecit	templum fecit	ceteri codd.: fecit
191:	sub tecto	sub tecto	LHR sub circo, A sub tecto circo
143:	insulam Electridem sive Fẹbram		RHF in insula; AS insulam Febram sive Electridem
222:	Pinsaurum	Pinsaurum	C aurum, cett. Pisaurum
142:	ne sacrificii ordinem rumperet, palladium Nautes accepit		idem quod myth. et M habet E et l; ceteri: sacrificii ordinem non rupit, et palladium Nautes accepit
39:	cum victa Atalante		E cum victa atlante; cett.: cum victa
59:	cum ab eo Hercules quaereretur et negaret primo	cum ab eo Hercules quaereretur et primo negaret	E habet idem quod M; cett.: cum negaret primo

Alibi vero lectiones codicis M a mythographo discrepant:

	Myth. I.	cod. Mon.
fab. 154:	pro stupri praemium (cf. ARS)	pro stupri pretio
221:	cum esset (cf. CASF)	cum diu esset
39:	provocavit puellam (cf. LH)	provocavit puellam in cursum
30:	amnis (cf. B)	Anien
40:	naufragio esse perituros (cf. L)	naufragio esse passuros

Nonnumquam apud mythographum legimus quod cum nullo Servii codice conspirat:

fab. 1: febres, id est macies, et morbos;

fab. $1,_{14}$: quod est nimia (B quod dura est; A quod aroc est; R quod atrox est; PH quod atrox fuit);

fab. 4: phasianum (Serv.: fassam);

fab. 127: curvam ergo calauropam (A recurvum baculum carauro rapa; P curauropa; R cara iurorum; M carauropam).

Iam adscribam omnes fabulas, quas mythographus Vaticanus e Servii commentario mutuatus videtur, ita ut adnotem maiores inter utrumque discrepantias.

Fab. 1 e S. Buc. VI 42 p. 72,$_{5}$—p. 73,$_{9}$.

Omisit mythographus quae apud Servium inveniuntur post vocem *morbos* (v. 8 fab. 1): *sicut et Sappho et Hesiodus memorant. quod tangit etiam Horatius dicens ‚post ignem aetheria domo subductum macies et nova febrium terris incubuit cohors‘.*

v. 11 post verba *prudentissimus fuit* apud Servium: *unde etiam Prometheus dictus est ἀπὸ τῆς προμηθείας, id est a providentia. hic primus* e. q. s.

v. 13 post *comprehenderat* : *hic autem mons positus est circa Assyrios, vicinus paene sideribus, unde etiam maiora astra demonstrat et diligenter eorum ortus occasusque significat.*

v. 24 post v. *in sacris deorum* om.: *Numa vero Pompilius impune eo usus est tantum in sacris deorum.*

fab. 2 e S. Ge. I 12 p. 133,$_{16-20}$.

v. 30 in codice *iactata* pro *iacta*: non est cur illud mutetur, cf. Servii cod. M (man. sec.).

v. 32—33 non in nostris Servii codd.. Ceterum v. 33 in codice mythographi legitur *Athene dicta est urbs* (cf. Rossbach l. l.), quod Maius temere mutavit.

fab. 3 e S. Buc. VI 74 p. 79,$_{4-23}$.

v. 7 post *commutata est* om.: *hanc postea Glaucus fecit deam marinam quae classem Ulixis et socios evertisse narratur.*

v. 16 om. post v. *hodie*: *ut ipse in georgicis docet.*

fab. 4 e S. Buc. VI 78 p. 80,$_{20}$—81,$_{11}$.

v. 27 scribendum *phassam* pro *phasianum*, ut docet Servius. (Cf. Meiser, Sitzungsberichte der Münchener Akademie 1885 p. 71.)

fab. 5 e S. Buc. IX 39 p. $114,_{27}$—$115,_{2}$.

fab. 6 e S. Ge. I 20 p. $137,_{1-5}$.

fab. 7 e S. Ge. I 39 p. $142,_{8-16}$.

v. 3 post *comperit* mythogr. inepte addidit: *quia a Plutone sive Orco fratre Jovis rapta fuerat.*

v. 7 in codice est recte *inde* (Serv. *unde*), cf. Rossbach l. l.

fab. 8 e S. Ge. I 163 p. $169,_{20}$—$170,_{4}$.

fab. 9 e S. Ge. I 399 p. $208,_{9-19}$.

v. 29 post v. *vocantur* om.: *sane sciendum est, quia, cum de muliere dicimus, ‚haec Alcyone' facit; cum de avibus, ‚hic' et ‚haec alcyon' et ‚hi' et ‚hae alcyones'.*

fab. $10,_{34-37}$ e S. Ge. I 378 p. $206,_{9-12}$.

Hic scriptor Lycios rusticos cum Lynco confudit (cf. v. 37 in codice *Lycus*, v. 35 *Lyci rustici*), de quo verum tradidit fab. 31 (e S. Ae. I 323).

fab. $17,_{33-36}$ e S. Ge. I 138 p. $165,_{11-13}$.

v. 35 *in signum* Serv.; *eam posuit* add. V; *transtulit* add. M; *in signum Septemtrionis caeleste transtulit* Daniel.

fab. 19 e S. Ge. II 389 p. $253,_{17}$—$254,_{4}$.

v. 17 *deebriati* scribendum videtur (cf. Serv.).

fab. 20 p. $7,_{4-12}$ e S. Ae. II 116 p. $237,_{15-23}$.

p. $6,_{36}$—p. $7,_{3}$ cum Servio non ita congruunt, ut ex illo hausta esse dicamus.

v. 11 *Facelitis*: cf. Serv. et Prob. praef. p. 325.

fab. 21 e S. Ge. III 7 p. $273,_{6-14}$.

fab. 27 e S. Ae. III 209 p. $379,_{2}$—$380,_{6}$.

p. $10,_{9}$ omis. post *Furiae dicuntur*: *unde etiam epulas perhibentur abripere, quod est furiarum, ut ‚et manibus prohibent contingere mensas.'*

v. 10 om. post *partis*: *item ipsas furias esse paulo post ipse testatur dicens ‚vobis furiarum ego maxima pando.' furias autem canes dici et Lucanus testatur, ut ‚Stygiasque canes in luce superna destituam' et in sexto Vergilius ‚visaeque canes ululare per umbram adventante dea.'*

fab. 29 e S. Ge. III 532 p. 317, $_{29}$—318, $_{4}$.

fab. 30 e S. Ae. I 273 p. 101, $_{12}$—102, $_{11}$.

v. 5 Serv.: *puniri posse.*

v. 8 S. post *uxorem*: *ut alii, inter quos Horatius, Tiberis: unde ait ,uxorius amnis'.*

fab. 31 e S. Ae. I 323 p. 116, $_{22}$—117, $_{3}$.

v. 25 *ministraret:* Serv. *monstraret.*

fab. 32 e S. Ae. I 535 p. 164, $_{9}$—165, $_{4}$.

v. 36 post *diceretur* om.: *quod Dorica lingua commutatum est, ut ου diphthongus in ω converteretur. quod autem plerumque prima syllaba brevis invenitur, ut hoc loco, cum sit naturaliter longa, Graecae rationis est; nam detractio fit υ litterae et ο remanet brevis, quo modo οὔρεά τε σκιόεντα pro ὄρεα, ποίησον pro πόησον. et hoc, quia aut ω est naturaliter longa, aut ου diphthongus; ceterum si sit in proprio nomine dichronos, ut omnes Latinae sunt, propriorum nominum abutemur licentia, ut in artibus lectum est.*

v. 39 apud Servium: *et deorum miseratione relatus in* (*inter* B) *sidera signum famosum tempestatibus fecit.*

fab. 34 e S. Ae. I 693 p. 195, $_{6-10}$.

fab. 35 e S. Ae. II 81 p. 230, $_{20}$—231, $_{16}$.

v. 20 Serv.: *Palamedes, ut Apollonius dicit, septimo gradu a Belo originem ducens, cum dilectum . . .*

v. 25 *ad Thraciam* Serv.

v. 30 in codice mythographi post verba *dedit captivo* haec sunt (a Maio omissa): *commemorabat secretum auri pondus esse transmissum dedit captivo.* Totum locum secundum Servium ita mutandum esse recte censet Rossbach (l. l.): *fictam epistulam Priami nomine ad Palamedem, per quam agebat gratias proditionis et commemorabat secretum auri pondus esse transmissum, dedit captivo* e. q. s.

fab. 36 e S. Ae. VI 57 p. 14, $_{21-25}$.

fab. 37 e S. Ae. III 73 p. 351, $_{8}$—352, $_{9}$.

v. 8 Serv.: *post vitiatam Latonam Iuppiter cum . . .*

v. 16 Serv.: *applicante se litoribus sorore.*

v. 26 post *ventis* om.: *sicut Lucanus ,quaerentem erumpere ventum credidit'.*

fab. 38 e S. Ae. IV 484 p. 552, $_{7-18}$.

v. 40 Serv.: *Hesperides, Atlantis filiae nymphae . . .*

v. 5 Serv.: *nam μῆλα dicuntur, unde μηλονόμος dicitur pastor ovium.*

fab. 39 e S. Ae. III 113 p. 363, $_{8-24}$.

fab. 40 e S. Ae. II 166 p. 247, $_{16}$—248, $_{30}$.

v. 41 Serv.: *hinc est in quinto: ,(tum senior Nautes) unum Tritonia Pallas quem docuit'.*

v. 6 Serv.: *verum tamen agnoscitur hastae oculorumque mobilitate: unde est ,vix positum castris simulacrum, arsere coruscae luminibus flammae' vel ,hastamque trementem'. sed ab una tantum sacerdote, ut Lucanus ,Troianam soli cui fas vidisse Minervam'.*

fab. 41 e S. Ae. III 297 p. 394, $_{19}$—395, $_{8}$.

fab. 42 e S. Ae. V 864 p. 654 $_{21}$—655, $_{4}$.

fab. 43 e S. Ae. VI 14 p. 5, $_{24}$—7, $_{14}$.

p. 16, $_{27}$ apud Serv.: *templo Apollinis condito in foribus haec universa depinxit. dicendo autem Vergilius ,ut fama est' ostendit requirendam esse veritatem. nam Taurus* e. q. s.

v. 32 om. post *dicitur*: *quod et ipse paulo post ostendit dicens ,mixtumque genus'.*

v. 34 Serv.: *quod et ipse tangens dicit: . . .*

fab. 44 e S. Ae. VI 445 p. 68, $_{2-16}$.

v. 43 Serv.: *eumque in amplexus rogavit. ille ait* e. q. s.

v. 9 sq. — *postulavit:* hoc enuntiatum cum neque apud Servium neque in mythographi codice scriptum sit, delendum est.

fab. 46 e S. Ae. VII 761 p. 192, $_{15}$—193, $_{3}$.

v. 23 *novercam* neque in codice neque apud Servium.

v. 25 pro *Theseus* Serv. *ille.*

v. 37 Serv.: *a Jove iussus est.*

v. 39 Serv.: *in Aricia nymphae . . .*

fab. 52 e S. Ge. III 19 p. 275, 11–18.

v. 18 Servius pro *liberaliter suscepit* habet *suscepit hospitio.*

fab. 53 e S. Ae. I 570 p. 173, 1–6.

fab. 54 e S. Ae. VII 697 p. 184, 7–12.

v. 25 *ad populos qui dicebantur Cimini vel a monte vel a lacu.* populus *Ciminorum* nunquam fuit. Apparet mythographum Servium falso intellexisse, qui dicit ad Vergilii versum: *Et Cimini cum monte lacum] et lacus et mons hoc nomine appellatur.*

fab. 57, 13–15 e S. Ae. VI 395 p. 62, 12–14.

fab. 59 e S. Ae. III 402 p. 414, 6–20.

v. 18 *seu Ilii* non apud Serv.

v. 14 scribendum pro *Aetna* : *Oeta,* cf. Bode ad h. l.

fab. 60 e S. Ae. VIII 342 p. 249, 10–19.

v. 32 Serv.: *quos avus adflixerat, Athenis . . .*

v. 33 scribendum *misericordiae* (iam in Servii libris corruptum est: cf. L *mage* H *mac*).

v. 35: quod codex habet *Herculeos fama est fundasse nepotes* etiam apud Servium, qui ita Statii versus Theb. XII 497 sq. contraxit.

fab. 62, 16–22 e S. Ae. VI 287 p. 51, 4–9.

fab. 64 e S. Ge. III 4 p. 272, 10–13.

fab. 65 e S. Ge. III 5 p. 272, 15–17.

fab. 66 e S. Ae. VIII 190 p. 227, 8–15.

v. 2 Serv.: *Cacus secundum fabulam Vulcani filius fuit, ore ignem ac fumum vomens.*

v. 3 *quem Hercules occidit* add. myth.; Serv. pergit: *veritas tamen secundum philologos et historicos hoc habet, hunc fuisse Evandri nequissimum servum ac furem. novimus autem malum a Graecis κακόν dici: quem ita illo tempore Arcades appellabant. postea translato accentu Cacus dictus est, ut Ἑλένη Helena. ignem autem dictus est vomere quod agros igne populabatur.*

fab. 67 e S. Ae. II 7 p. 213, 1–12.

fab. 69 e S. Ae. VIII 269 p. 233, $_{19-30}$.

v. 31 Serv.: *Denique ara est ei maxima constituta, quod Herculi Delphicus Apollo in Italia fore praedixerat. Cum ergo de suo armento ad sua sacrificia boves dedisset, inventi sunt duo senes, Pinarius et Potitius, quibus qualiter se coli vellet ostendit.*

v. 36 Serv.: *cum circa solis occasum essent sacra repetenda, Potitius prior advenit, Pinarius postea, extis iam redditis. unde iratus Hercules statuit ut Pinariorum familia tantum ministra esset epulantibus Potitiis et conplentibus sacra.*

fab. 70 e S. Ae. VIII 51 p. 206, $_{12-23}$.

v. 4 post *dicta est* Serv.: *qui carminibus vaticinabatur. dimissa provincia sua venit ad Italiam et pulsis Aboriginibus tenuit loca, in quibus nunc Roma est.*

v. 6 Serv.: *hic autem mons Palatinus secundum Vergilium a Pallante, avo Evandri, est dictus, secundum Varronem et alios a filia Evandri Pallantia* e. q. s.

fab. 74 e S. Ae. VIII 646 p. 291, $_{7}$—292, $_{22}$.

fab. 83 e S. Ae. VI 582 p. 81, $_{14-18}$.

fab. 96 e S. Buc. IX 13 p. 111, $_{2-4}$.

fab. 98 e S. Ge. I 403 p. 208, $_{26-29}$.

v. 35 pro *miseratione* Serv.: *voluntate.*

fab. 99 e S. Ge. I 437 p. 211, $_{6-9}$.

fab. 100 e S. Ge. III 268 p. 296, $_{29}$—270, $_{6}$.

v. 6 post *dilaceraverunt* Serv.: *ordo autem talis est ‚quo tempore Glauci membra malis absumpserunt Potniades quadrigae'.*

fab. 103, $_{5-8}$ e S. Ge. III 93 p. 283, $_{27}$—284, $_{2}$.

fab. 104, $_{12-18}$ e S. Ae. III 104 p. 359, $_{25}$—360, $_{2}$.

v. 12 Serv.: *Saturnus postquam a Themideo oraculo comperit* . . . Apud mythographum item *a Themide oraculo* scribendum (*Themideo* e sequenti verbo *oraculo* natum est).

fab. 110, $_{24\ \text{haec}-26\ \text{parcant}}$ e S. Ae. I 22 p. 21, $_{1}$.

fab. 116, $_{24\ \text{nam}-26\ \text{conversam}}$ e S. Buc. III 63 p. 38, $_{4-6}$.

fab. 117 e S. Buc. III 63 p. 38, $_{6-9}$.

v. 32 *laxaretur:* Serv.: *laetaretur.*

fab. 118 p. 37, $_{28\ sic}$**—p. 38,** $_{4}$ e S. Ae. VI 659 p. 92, $_{9-14}$.

v. 40 *a Jove* non apud Serv.

v. 3 *Phaethusa et Lampethusa* non apud Serv.

fab. 121 e S. Ae. IV 195 p. 498, $_{4-8}$.

v. 19 *seu Dionysus* }
v. 22 *ab eo deinceps* } non apud Serv.

v. 24 cum Servio scribendum *satis* (in cod. *natis*, a Maio in *notis* mutatum).

fab. 122 e S. Ae. I 67 p. 39, $_{6-11}$.

Serv.: *hoc habet fabula, dormientem in litore Liberum patrem puerum nautas abstulisse Tyrrhenos* . . .

fab. 123 e S. Ae. III 14 p. 337, $_{17-21}$.

v. 38 scribendum ***de** Demosthene* (cf. Serv.).

fab. 126, $_{27-29}$ e S. Ge. II 84 p. 225, $_{23-25}$.
$_{29-38}$ e S. Ge. IV 111 p. 328, $_{8-10}$.

v. 29 Serv.: *hic autem Priapus fuit de Lampsaco civitate, de qua pulsus est* e. q. s.

fab. 127 e S. Buc. II 31 p. 23, $_{14}$—24, $_{1}$.

v. 6 Serv.: *ut diximus in Aeneide ‚septem discrimina vocum‘.*

v. 10 Serv.: *quia, ut legimus ‚omnia vincit Amor‘.*

fab. 129 e S. Ae. V 824 p. 652, $_{9-13}$.

fab. 135, $_{25-28}$ e S. Ae. III 167 p. 373, $_{1-4}$.

fab. 137 e S. Ae. I 550 p. 168, $_{26}$—169, $_{10}$.

v. 15 Serv.: *cum Laomedon promissam murorum mercedem Neptuno et Apollini denegasset, Neptunus iratus Troiae inmisit cetos quod eam vastaret.*

fab. 140, $_{8-11}$ e S. Ae. III 321 p. 397, $_{24}$—398, $_{2}$.
$_{11-14}$ e S. Ae. III 332 p. 400, $_{16-19}$.

Initio Servius plenior est: *Achilles dum circa muros Troiae bellum gereret, Polyxenam visam adamavit et conditione pacis in matrimonium postulavit. quam cum Troiani fraude promisissent, Paris post Thymbraei Apollinis simulacrum latuit et venientem Achillem ad foedus missa vulneravit sagitta. tum Achilles moriens petiit* . . .

v. 11 *quem ex Deidamia habuit* non apud Serv.

fab. 142 e S. Ae. III 407 p. 415,$_{6-11}$.

fab. 143 e S. Ae. XI 271 p. 512,$_{19-25}$.

v. 4 Serv.: *memores et originis suae et quod Diomedes ab Illyricis interemptus est.*

fab. 144 e S. Ae. XI 260 p. 508,$_{28-29}$.

v. 9 Serv.: *‚ultor' autem ideo dixit, quia Nauplius . . .*

fab. 145 e S. Ae. III 441 p. 420,$_{4-10}$.

v. 20 Serv.: *et eam Cumas vocaverunt, sive ab ἐγκύῳ, id est praegnante, sive ἀπὸ τῶν κυμάτων, id est undis; nam κύματα dicuntur. ‚v' autem Latini in ‚u' vertunt, ut ‚Byrria' ‚Burria'.*

fab. 147,$_{19-25}$ e S. Ae. IV 471. 473 p. 550,$_{7.\ 12-15}$.

fab. 153 e S. Ae. VI 321 p. 55,$_{11-21}$.

v. 24 *incertum est* non apud Serv.

fab. 154 e S. Ae. VI 448 p. 69,$_{13-18}$.

v. 35 *id est permutationem* non apud Servium.

Eandem fabulam exscripsit schol. Stat. Achill. I 264; Servium autem ipsum fontem mythographi esse facile cognoscitur: v. 34 myth. habet *hoc autem ostendit dictum illud Platonicum . . .*, quod non ex lectione schol. Stat. nasci potuit: *hoc autem dicto Vergilius ostendit . . .* : immo Servius ipse excerptus est, cf. cod. H: *hoc autem dictum ostendit Platonicum illud . . .* (cett. codd.: *dicto*)..

fab. 155 e S. Ae. VIII 348 p. 251,$_{25-33}$.

fab. 158 e S. Ae. VI 447 p. 69,$_{9-12}$.

fab. 159 e S. Buc. V 10 p. 55,$_{4-13}$.

fab. 160 e S. Buc. V 11 p. 55,$_{15-21}$.

v. 22 *unde laudes meruit* ex Servii lemmate *Alcyonis laudes* ortum est.

fab. 161 e S. Buc. V 11 p. 55,$_{22-27}$.

v. 28 Serv.: *instigavit et a nullo cognitus fecit locum oraculo.*

fab. 162,$_{30-34}$ e S. Ae. VII 304 p. 150,$_{17-22}$.

$_{35-36}$ e S. Ae. VI 286 p. 50,$_{8-11}$.

v. 34 *unde Vergilius* — 35 *Lapitharum* add. myth.. Hic versus est lemma illius scholii: *Mars perdere gentem immanem Lapithum valuit.*

v. 35 sq. myth. Servii orationem in brevius contraxit: *Centauri Ixionis et nubis filii sunt. Ixion enim amatam Junonem de stupro interpellavit. illa confessa Jovi est, et ex eius voluntate nubem ei in suam formam conversam obtulit, unde feruntur nati esse Centauri.*

fab. 163 e S. Ge. III 115 p. 285, $_{24}$—286, $_{3}$.

fab. 181 e S. Ae. XI 259 p. 508, $_{10-21}$.

v. 18 add. myth.: *quam Aiax, filius Oilei, unus de ducibus Graecorum, in templo Minervae vitiavit.* cf. S. Ae. I 41.

v. 26 post *commovent* pergit Servius: *unde perite dicendo ‚sidus' utrumque complexus est : nam sidus et tempestatem significat et re vera sidus. haec autem numina quae inter sidera non videmus, licet sua signa propria non habeant, cum aliis potestate sunt permixta. ut ophiuchos ipse est Aesculapius, gemini Apollinis et Herculis esse dicuntur, sic Minervae aries esse dinoscitur.*

fab. 182 e S. Ae. VIII 190 p. 141, $_{10-15}$.

v. 31 Serv.: *in avem, picum Martium.*

fab. 190 e S. Ae. IX 581 p. 359, $_{9-18}$.

v. 13 Serv.: *secundum a l i o s.*

v. 14 Serv.: *secundum alios partum eius. postea cum de terra erupissent . . .*

fab. 191 e S. Ae. VIII 636 p. 288, $_{4-15}$.

v. 25 post *celebrantur* Serv.: *errant ergo qui dicunt ‚magnis circensibus' aut Megalesiacis, aut Romanis, quos constat fieri ante Kal. Jan.. ‚actis' autem cum agerentur, quia non erat praesens a passivo participium, ut ‚et qua vectus Abas'. — Circensibus] circenses dicti vel a circuitu* e. q. s.

fab. 193 e S. Ae. VIII 330 p. 247, $_{9-22}$.

v. 10 *Tibris* non apud Serv.

v. 13 Serv.: *dictus est ἀπὸ τῆς ὕβρεως, i. e. ab iniuria. nam amabant maiores ubi aspiratio erat Θ ponere.*

fab. 194 e S. Buc. VI 72 p. 78, $_{4-31}$.

v. 26 ‚*Vergilii*' add. myth.

fab. 195 e S. Ae. III 121 p. 365, $_{7-14}$.

v. 32 Serv.: *ut primus filius . . . quem cum . . .*

v. 36 ante verba *Et Sallentinos . . .* om. *ut.*

fab. 201 e S. Ae. VI 703. 705. 714 p. 96, $_{19}$—97, $_{10}$. 97, $_{15-24}$. 98, $_{11-116}$.

v. 12 post *fieri* in Bodii edit. falso omissum est *debere.*

v. 25. Serv.: *usque ad virentem senectam.*

fab. 202 p. 62, $_{21-33}$ e S. Ae. VI 760 p. 107, $_{17-30}$.

v. 21 Serv.: *Aeneas, ut Cato dicit, simul ac venit ad Italiam, Laviniam accepit uxorem. propter quod Turnus iratus . . .*

Mythogr. ipse addidit v. 22 *vivente marito,* et id quidem falso: nam, ut Bode dicit, Lavinia desponsata tantum erat Turno.

v. 24 Serv.: *auxiliis : quod et ipse ostendit dicens ,se satis ambobus Teucrisque venire Latinisque'. sed ut supra diximus, primo bello periit Latinus, secundo pariter Turnus et Aeneas.*

v. 24 scribendum *Mezentius.*

v. 29: hoc corruptum est atque secundum Servium ita emendandum: *ad quod alludens ait (Vergilius) ,Tyrrhusque pater cui regia parent armenta' : et illic enixa est Servium.*

fab. 203 e S. Ae. I 469 p. 150, $_{15-21}$.

fab. 205 e S. Ae. VI 618. 620 p. 87, $_{14-22}$.

v. 15 verba *Discite — locati* sunt lemma et schol. v. 620.

fab. 206 e S. Ge. IV 125 p. 329, $_{18-19}$.

v. 22 Serv.: *Partheniatae.*

v. 23 Serv.: *navigiis profecti.*

fab. 212 e S. Ae. II 32 p. 220, $_{21-25}$.

fab. 213 e S. Ae. II 506 p. 297, $_{2-9}$.

v. 15 Serv.: *nam in Rhoeteo Aiax sepultus est.*

v. 19 Serv.: *licet etiam illam praelibet ut suo indicabimus loco.*

fab. 216 e S. Ae. I 443 p. 144, $_{20}$—145, $_{6}$.

v. 5 post *concordat* om.: *ut ipse plenissime in illo ,bello armantur equi, bellum haec armenta minantur. sed tamen*

idem olim curru succedere sueti quadrupedes et frena iugo concordia ferre : spes est pacis ait'.

fab. 217 e S. Ae. I 617 p. 181,$_{5-9}$.

v. 13 add. myth.: *monoculus enim erat.*

fab. 220 e S. Ae. VI 824 p. 116,$_{6-18}$.

v. 5 *bellum aggressus*
v. 8 *propter inobedientiam* } non apud Serv.

v. 8 sq. verba mythographi corrupta videntur; corrigenda secundum Servium: *ergo ,saevum securi' saevum iure occidendi, non ferri genere.*

fab. 221 e S. Ae. VI 825 p. 116,$_{14-22}$.

fab. 222 e S. Ae. VI 832 p. 117,$_{12-19}$.

Serv.: *ab ipsis* (i. e. a Pompeio et Caesare) *enim quasi consuetudinem . . .*

v. 23 Serv.: *ter a Caesare, contra Pompeium.*

v. 24 *secundo*
v. 27 *et item*
v. 28 *sexto contra*
v. 29 *septimo* } non apud Serv.

fab. 223,$_{32-34}$ e S. Ae. VI 844 p. 119,$_{1-8}$.

fab. 224 e S. Ae. VI 845 p. 119,$_{7-16}$.

fab. 225 e S. Ae. VI 855 p. 119,$_{24}$—120,$_{2}$.

fab. 226 e S. Ae. VI 861 p. 120,$_{19}$—121,$_{4}$.

v. 15 *secundum carmina Virgilii:* secundum Servium mutandum: *secundum Carminium.*

in iuventute spectantur add. myth.

v. 21 *sescentos lectos* Serv.

fab. 227 e S. Ae. VII 47 p. 129,$_{13-16}$.

v. 28 Serv.: *Fatuclus* sive *Fatuelus.*

v. 30 Serv.: *a vaticinando, id est fando.*

fab. 228 e S. Ae. VI 893 p. 122,$_{25}$—123,$_{11}$.

v. 35 post *sentiunt* Serv.: *sicut et Cicero dicit in libris de deorum natura.*

v. 36—38 mythogr. Servii orationem decurtavit, qui haec habet: *et scimus quia quae loquimur falsa esse possunt, ea vero quae videmus sine dubio vera sunt. ideo Aeneas per*

eburneam emittitur portam. est et alter sensus : Somnum novimus cum cornu pingi. et qui de somnis scripserunt dicunt ea quae secundum fortunam et personae possibilitatem videntur habere effectum. et haec vicina sunt cornu : unde cornea vera fingitur porta. ea vero quae supra fortunam sunt et habent nimium ornatum vanamque iactantiam dicunt falsa esse : unde eburnea, quasi ornatior porta, fingitur.

De scholiis Statianis.

Quoniam exposui, quae mythographus e Servio hauserit, nunc disputandum est de scholiis Statianis. Atque cum scholia Achilleidis non ab eodem atque Thebaidis scholia scripta esse G. Thilo (ed. Serv. I p. XXXVI) et imprimis R. Klotz[1]) probaverint, primum de Thebaidis, deinde de Achilleidis scholiis disseram. Omnino autem commentarium Thebaidis in usum vocatum esse cognosci potest ex fabulis his:

fab. 173 codex habet *Centaurica quam Orestes de Scythia transtulit* : apparet hoc scholion versus alicuius esse, quo Diana commemoratur. Atqui eadem inveniuntur in commentario ad Theb. VIII 437, ubi etiam eadem corruptela est : *Centaurica* cod. Monac. (cf. *Centauricae* L, *centaurorum* P); Jahnke scribit *Taurica*.

fab. 170 in codice *Atracias, qui fuit* . . . (cf. Rossbach l. l.); idem in schol. ad Theb. I 106: *Atracia rubet arte] Atracies* (MPa, *Athracias* Pb, pro *Atracis* sc. ars), *qui fuit* . . .

fab. 183 e schol. Theb. II 4 sumptam esse vel initium *zephyri venti sunt* videtur ostendere. In fine vero 'scriptum videmus : *Vergilius : ,dilapsus calor, atque in ventos vita recessit'*. Quod ab hac fabula alienissimum ex scholio ad v. 1 *(gelidis umbris)* huc pervenit : *Gelidis umbris] bene gelidis, quia calor in vita est, frigus in morte. unde Virgilius : ,dilapsus*

---

1) De scholiis Statianis commentatio I, Progr. Treptow a. R. 1895 p. 5. 12 sq.

calor, atque in ventos vita recessit'. Atque hoc scholion in codice a mythographo Vaticano adhibito non ante scholion ad v. 4, sed post illud fuit, item ut in codice Monacensi.

Jam demonstrari potest Statiana scholia, quae nos habemus, aliquantum dissentire ab eo exemplari quo mythographus usus est, cum Servii eosdem fere libros adhibuerit: fabulam 198 (*Meleagria Pleuron civitas est, ubi Meleagrides* e. q. s.) scholion ad verba *Meleagria Pleuron* esse primo obtutu apparet; quae verba nusquam leguntur nisi apud Stat. Theb. IV 103, ubi tamen commentarius a fab. 198 discrepat:

fab. 198:	sch. St. Th. IV 103 p. 196 (ed. Jahnke):
Meleagria Pleuron civitas est, ubi Meleagrides, sorores Meleagri, illum a fratre Tydeo interfectum, intolerabiliter flentes, deorum miseratione in aves, id est in gallinas rusticas, versae narrantur.	Meleagria Pleuron] civitas Boeotiae, ut Homerus ait, in qua Meleagri sorores, dum fratrem flerent, in aves versae sunt, quae hodie meleagrides vocantur. causa enim haec illis fletus fuit, cum Althaea, mater Meleagri, titionem fatalem combureret, dum vindictam Plexippi et Agenoris quaerit, quos Meleager occiderat. quo facto ipsa post tantum nefas merito laqueo vitam finivit exosa lucis. secuta est luctum alia calamitas. namque Meleagri germanae in tantum fratrem fleverunt, ut deorum misericordia in aves verterentur.

Praeterea cf. fab. 199, ubi codex exhibet : *Jasonidis filia Jasonis et Hypsipyles; quae alterum habere maternum nomen fertur, id est Thoas, . . . et alterum vocabatur a patre navigatore . . .* Quae a Bodio, *ne huius fabulae auctor nimis videatur a veritate abhorrere,* sic mutantur : *Jasonides, filius*

Jasonis et Hypsipyles; qui alterum habere maternum nomen fertur, . . . et alterum vocabatur a patre . . . Quae vera non est emendatio, nam, ut ipse dicit Bode, duos ex Jasone filios procreavit Hypsipyle, Euneum et Thoantem, quos pro uno habet mythographus. Immo vero ita scribendum apparet: *Jasonidae, filii Jasonis et Hypsipyles; quorum alter* (vel *alterum*) *habere . . . fertur . . . et alter vocabatur . . .* (Quod initium *Jasonidae* corruptum erat, etiam sequentia in peius mutata sunt, si modo Maius recte legit.) Hanc igitur fabulam ad explicandam vocem *Jasonidae* narrari, omnes intellegunt; quae vox nusquam nisi apud Statium (Theb. VI 318) legitur:

Ecce et Jasonidae iuvenes, nova gloria matris
Hypsipyles, subiere iugo, quo vectus uterque
nomen avo gentile Thoas atque omine dictus
Euneos Argoo.

Ad quos versus quae scholiasta adnotat, cum mythographo non consentiunt:

Myth. fab. 199:
Jasonidae, filii Jasonis et Hypsipyles; quorum alter habere maternum nomen fertur, id est Thoas, quia mater eius filia Thoantis erat, et alter vocabatur a patre navigatore Euneus, quia εὖ Graece dicitur bene, νηῦς dicitur navis; Euneus quasi bene navigans.

schol. Theb. VI 318:
Ecce et Jasonidae iuvenes] de Jasone et Hypsipyle duo nati sunt filii: Thoas et Euneos, quorum Thoas maternum avum nomine refert, Euneos vocatur alter ominis causa a patre navigaturo.[1])

Imprimis hic Graeca desiderantur, quae mythographum Vaticanum, quem supra docui ut Graecae linguae ignarum alibi talia omisisse, nemo dicit additurum fuisse.

Fab. 171 scholion est vocis *Lycormas*, quae exstat apud Stat. Theb. IV 837. Commentarius autem quem nos habemus alia habet atque mythographus:

1) Certe scribendum *navigatore*, cf. myth. Vat.

Myth. fab. 171:
Lycormas quidam fluvius, qui et Euenus dicitur, iuxta quem Nessus est interfectus ab Hercule, rem coniugii faciens cum Deianira, uxoreHerculis. Quare ipse Hercules quandam tunicam induit, cruore Nessi Centauri perunctam, unde ipse perpessus est intolerabile incendium corporis.

schol. Theb. IV 837:
Lycormas] qui et Euenus, quem Centaureum dixit, quod in eo Herculis sagittis Nessus Centaurus sit interemptus. ut Lucanus: *et Meleagream maculatus sanguine Nessi Euenos Calydona secat.* — Centaureum ideo, quia hunc Nessus Centaurus custodiebat. Herculis vero fabula cunctis notissima est.

Hoc scholion primo plenius fuisse illa verba *Herculis fabula cunctis notissima est* videntur ostendere. — Ceterum fab. 171 e Statiano commentario delibatam esse vel inde colligi post, quod et fab. 170 et fab. 172 ad hunc scholiastam redeunt.

Atque etiam ex ipsis scholiis intellegitur aliquot scholia periisse, cf. schol. ad Theb. I 61 p. 8: *harum omnium seriem fabularum in argumento digessimus*: quod tamen argumentum in nostris codicibus non exstat.[1])

Quae cum ita sint, et ea quae cum commentario Statiano non accuratius consentiunt et quae in eo omnino non inveniuntur, ad hunc scholiastam revocare possumus, si quidem gravibus causis adiuvamur.

En eae fabulae, quae ex scholiis Thebaidis transscriptae videntur:

fab. 15 e sch. Th. IV 550 p. 223, 9–20.

v. 5 *in feras* Bode addidit praeter necessitatem, cf. schol. Stat.

v. 2 et codex mythographi et schol. Stat. *in insula Maeonia;* Bode: *in insula Aeaea*; sed scribendum esse *in insula Maeoniae,* i. e. Aenaria (cf. Serv. Ae. IX 712) monet Muncker ad Hyg. fab. 125.

v. 13 *cuius manu — occubuit* non in schol. Stat.

1) cf. Wilamowitz, Herm. XXXIV p. 602 sq.

fab. 22 e sch. Th. IV 306. (v. 25—36 = p. 215,$_{16}$—216,$_{2}$, v. 36—p. 8 v. 5 = p. 215,$_{2-15}$.)

Schol. Stat. primum v. 36—5 narrat, deinde pergens *sed ab origine, irarum quae fuerit causa, describam* narrat quae apud mythogr. antecedunt.

v. 29 sq. *cum igitur alternis vicibus regnum regerent* non in scholiis.

v. 32 *Aeropam* pro *Europam* legendum (cf. Hyg. fab. 86).

fab. 23,$_{8-12.\ 30-36}$ e sch. Th. II 281 p. 101,$_{7-22}$.

v. 7 in codice: *Phrixus et Helle frater et soror Athamantis regis et Nephelae filii fuerunt* (v. Rossbach l. l.).

v. 17 pro *rogavit* in codice *petiit.*

fab. 45 e sch. Th. II 433 p. 115,$_{20}$—116,$_{4}$.

fab. 47 e sch. Th. V 431 p. 284,$_{22}$—285,$_{11}$.

fab. 49 e sch. Th. V 443 p. 286,$_{12-19}$.

fab. 71 e sch. Th. IV 589 p. 237,$_{3-19}$.

fab. 75 e sch. Th. III 283 p. 156,$_{18}$—157,$_{4}$.

fab. 80 ex argumento primi libri Thebaidis. Non dubium est, quin talia in argumento libri I enarrata fuerint.

v. 2: alibi mater Tydei Periboea nominatur (Hyg. f. 69), vel Althaea (schol. Stat. Th. I 402. 669), vel Euryboea (sch. Th. I 41).

v. 3 pro *Melanippum filium suum* scribendum puto *Melanippum fratrem suum*, cf. sch. Theb. I 402 . . . *occiderat avunculum suum Thoantem, Althaeae matris fratrem, vel ut quidam volunt, Apharea. manifestius tamen est, quod Menalippum fratrem suum, dum venatur, occidit.* Sch. Theb. I 282 hic frater Toxeus appellatur.

(Fab. 69 Hygini ad verbum non congruit cum mythographo.)

fab. 81 e sch. Th. VIII 198 p. 388,$_{7}$—389,$_{6}$.

Scholiasta Varronem auctorem affert (antiq. rer. divin.).

fab. 97,$_{16-26}$ e sch. Th. IV 570 p. 235,$_{14-24}$.

v. 25 sq. non apud scholiastam.

fab. 133 e sch. Th. V 29 p. 258,$_{22}$—259,$_{15}$.

fab. 134 e sch. Th. II 222 p. 96, 3—16.

v. 21 scribendum *Hypermestram.*

v. 22—23 non in schol. Stat.. Contra apud Danielinum Servium ad Aen. X 497, cuius reliqua verba a mythographo discrepant, in fine eadem fere inveniuntur: *hae Danaides apud inferos hanc poenam habuisse dicuntur, ut in dolium pertusum aquam mittant.*

fab. 146 e sch. Th. II 481 p. 118, 17—119, 24.

v. 23 *pater Tydei et Meleagri* om. schol.

v. 7—8: hoc secundum schol. emendandum est: . . . *in regia subito eius sortis apparuerat, ut iuvenis tam diu viveret* . . .

fab. 151 e sch. Th. II 272 p. 99, 9–16.

Hoc scholion primo plenius fuisse existimo, quam in nostris libris: *Harmoniae dotale decus] ut illa puniretur, quae ex adulterio Martis et Veneris nata esset. huiusmodi enim venenis infecerat illud monile Vulcanus, ut necesse esset hoc monile gestanti aerumnarum mole opprimi. hoc enim usa est Harmonia, Agave, Semele, Jocasta, Argia, ultimo Eriphyla. nam ad Polynicen hoc hereditario iure pervenerat.*

Schol. ad Theb. III 274 ex alio fonte hausit: appellat enim praeterea Inonem.

v. 29 sq. . . . *Statius evidentissime describit*: sed Statius ipse (Theb. II 272 sqq.) Agavem omittit.

v. 25 pro *Hermione* scribendum est *Harmonia.*

fab. 152 ex libri I argumento vel ex alio Thebaidis scholio deperdito.

Similia habet Brevis Expositio ad Verg. Georg. II 496: *Eteocles et Polynices, Oedipi et Jocastae filii, cum regnum Thebarum alternis anni vicibus tenerent, Eteocles adeptum regnum retinuit nec fratri restituere voluit* e. q. s.

ad v. 9—15 cf. Serv. ad Aen. VI 445: *(Eriphyla) Amphiarai, auguris Argivi, uxor fuit: quae latentem bello Thebano maritum Polynici prodidit monili accepto, quod ante uxori dederat. qui ductus ad proelium hiatu terrae periit. cuius filius Alcmaeon postea matrem necavit et est, ut Orestes, furore correptus.* Quae e Statio delibata esse

ipse Servius dicit ad Aen. VIII 297: *alii pueriliter volunt a Cerbero Amphiarai ossa consumi, qui hiatu terrae secundum Statium* (Theb. VII 809 sqq.) *descendit ad inferos.*

Potest igitur conici hanc historiam ex aliquo Vergilii commentatore sumptam esse. Sed manifestum est eam non minus in scholiis Statianis descriptam fuisse: in nostris codicibus nomen tantum Eteoclis semel (ad III 286), Polynicis bis (ad III 286 et VI 429) commemoratur.

fab. 164 e sch. Th. II 617 p. 128, $_{12-16}$.

Non plane eadem in nostris quidem scholiis: cf. ipsum Statium Theb. II 614:

Hunc (i. e. Chromin) *utero quondam Dryope Phoenissa gravato*
Rapta repente choris onerisque oblita ferebat,
Dumque trahit prensis taurum tibi cornibus, Euhan,
Procidit impulsus nimiis conatibus infans.

fab. 166 e sch. Th. I 271 p. 33, $_{5-9}$.

Schol. Stat. e Servio ad Ae. III 694 exscriptum est, qui tamen in ultimo non habet *Quam dicitur Alpheus usque ad Siciliam persequi.*

fab. 167 e sch. Th. I 333 p. 39, $_{19-21}$.

v. 27 schol.: *hospites suos vel transeuntes.*

v. 29 add. sch.: *quem tamen Theseus dicitur peremisse.*

fab. 168 e sch. Th. I 570 p. 61, $_{4-9}$.

Hoc quoque scholion aliquando aliis verbis scriptum fuisse putandum est.

v. 32 *filiam interemit* non in schol., sed apud ipsum Statium I 595.

v. 35 *Statius decentissime scribit:* Theb. I 570—610.

v. 36: hoc monstrum *Ποινή* apellatur a Pausania I 43, 7; cum Statius nomen non attulerit, auctor huius fabulae similis monstri Lamiae nomen ex suo dedit.

v. 37 sqq. lamae cum lamiis confunduntur; cf. Porphyr. ad Hor. Epist. I 13, 10: *lama est vorago ἀπὸ τοῦ λεμοῦ* (vel *λαιμοῦ*), *nam lemos est ingluvies, unde Lamiae quoque dicuntur devoratrices puerorum.* (cf. schol. Cruq.)

fab. 169 e sch. Th. I 66 p. 9, $_{5-11}$.

v. 2 post *monstrum* om.: *alas et ungues habens in similitudinem Harpyiarum.*

v. 3 schol.: *insolubilia aenigmata proposuit.*

v. 4 schol.: *ex improviso veniens alis et unguibus ad se in rupem trahebat. cuius locutionis ambages Oedipodes sua calliditate solvit.*

fab. 170 e sch. Th. I 106 p. 13, $_{19-23}$ (cf. supra p. 37).

fab. 171 e sch. Th. IV 837 p. 255, $_{8-13}$ (cf. supra p. 39).

fab. 172 e sch. Th. IV 530 p. 230, $_{9-22}$.

fab. 173 e sch. Th. VIII 437 p. 398, $_{21}$—399, $_{6}$ (cf. supra p. 37).

fab. 174 e sch. Th. IV 309 p. 216, $_{13-17}$.

fab. 175 e sch. Th. IV 226 p. 207, $_{3-14}$.

v. 10 pro *magis acquisisse dicitur* habet schol.: *victus est numero. Peristera enim . . .*, quod mutandum videtur: cf. Myth. II 83 *vicit numero. Peristera vero* (in cod. Monac. *victus* del. superscr. *auct'* man. 2).

v. 13 *sibi gloriae palma ablata* non apud schol.

v. 15 schol.: *sed poenam honor minuit. Venus namque consolatura puellae et innocentis transfigurationem, columbam in tutela sua esse mandavit.*

fab. 183 e sch. Th. II 4 p. 77, $_{2-8}$ (cf. p. 37 sq.).

fab. 198 e sch. Th. IV 103 p. 196, $_{10-19}$ (cf. p. 38).

fab. 199 e sch. Th. VI 318 p. 315, $_{10-13}$ (cf. p. 38 sq.).

v. 25 *Phethoneus* — v. 28: hoc expilatum esse censeo e commentario ad Theb. V 265 sq.:

> *tum primum sese trepidis sub nocte Thyoneus*
> *detexit, nato portans extrema Thoanti*
> *subsidia.*

Eadem quae apud mythographum praeter v. 25 (*quem proavus Liber salvavit*) in schol. Pseudacronis ad Horat. C. I 17, 23: *Fuit et Thyoneus Liberi filius, qui in Chio insula regnavit, pater Thoantis, Lemni regis, cuius filia fuit Hipsipile, quae coniuratione adversus viros facta, sola patrem servavit, quam fabulam Statius narravit in carmine.* Hanc fabulam

primitus in scholiis Statianis fuisse puto, quod ipse Statius eam narravit, cum Horatius nusquam eam tangat. Communis igitur fons Pseudacronis et mythographi scholiasta Statii statuendus videtur, ex quo mythographus omnia sumpsit, cum Pseudacro ultimum omitteret.

v. 25 *Phetoneus* varia lectio videtur.

Achilleidis scholia iam mythographi Vaticani I aetate unum corpus cum Thebaidis scholiis effecisse inde apparet, quod ille utroque commentario usus est. Quod intellegimus e **fab. 61**, qua mythographus de Pholo et Hercule dicturus a Pholoe silva initium facit, i. e. a lemmate schol. Stat. Ach. I 238 (p. 496): *Pholoe] silva est Thessaliae dicta a Pholo Centauro, qui eam incolebat.* Item **fab. 178** mythographus debet scholiis Achilleidis. Quae ad verbum cum Servio ad Aen. VI 134 congruit praeter vv. 2—4 p. 55; contra et haec et quae antecedunt scripta iuvenimus apud schol. ad Ach. I 480 (p. 501). Hic dixerit quis ea a mythographo ipso addita esse, cf. Serv. Aen. VI 57: *Achilles a matre tinctus in Stygem paludem, toto corpore invulnerabilis fuit, excepta ea parte, qua tentus fuit.* At tum mirabili casu et mythographum et scholiastam eadem fere verba addidisse statuendum esset. Atque apud ipsum Servium haec excidisse verisimile non est, cum etiam apud mythographum Vatic. III 6, 3 desint. Immo scholiasta ea adiecisse videtur ad versum 480 interpretandum, quo haec res tangitur:

quemve alium Stygios tulerit secreta per amnes
Nereis et pulchros ferro praestruxerit artus.

Ad eundum commentarium revocanda est **fab. 23**, $_{13-30}$ (e sch. Ach. I 65 p. 489) et **fab. 207** (e sch. Ach. I 93 p. 490).

v. 29 *sicut — expulerat* non in schol.

v. 29—30: apertum est hoc esse scholion Achilleidis: nam verba *a Neptuno frustra consolatur* referenda sunt ad Stat. Ach. I 90 sq. — Mythographus verba scholiastae contraxit: *ergo dum quereretur apud Neptunum et timeret de morte Achillis, eo quod a patre esset mortalis, dicit Neptunus*

non timeri de eo, quia talis futurus esset, ut credatur deo genitus. ergo sic illam consolatur dicens e. q. s.

ad v. 29 adnotavit Bode : *consolatur : passive, quod vix ferendum;* sed cf. Augustin. confess. 6, 1 et Justin. 22, 6, 4.

Contra fabulae 36, 37, 43, 144 in maximo consensu **non** e schol. Achill. (ad v. 134, 206, 192, 93) sumptae sunt, **quia** mythographus plenior est, sed e Servio ad Aen. VI 57, III 73, VI 14, XI 260, qui etiam ea habet quae in schol. **Stat.** desunt. Nihil autem obstat, quin fabulam 104, $_{12-18}$, quae **et** cum schol. Stat. (ad Ach. I 387) et cum Servio (ad Aen. III 104) conspirat, ex ipso Servio desumptam statuamus, praesertim cum fab. 103 et ipsa e Servio fluxerit. Atque etiam fab. 154 Servius (ad Aen. VI 448), non schol. Stat. (ad Ach. I 261) adhibitus est (cf. p. 33).

De metamorphoseon Ovidii argumentis.

Praeterea mythographus adiit *Narrationes fabularum, quae in P. Ovidii Nasonis libris XV Metamorphoseon occurrunt,* quae in optimis codicibus sine nomine traditae sunt, in editionibus Lactantii Placidi nomini immerito addicuntur.

Atque ipsa argumenta in usum vocata esse inde colligo, quod fab. 185—188 cum iis congruunt (cf. quae supra p. 11 sqq. de fabularum ordine disserui). — Ceterum videmus eos libros, quibus mythographus Vaticanus usus est, a nostris paulum differre, quippe qui saepe paulo pleniores sint quam mythographus. De qua re nunc quidem iudicare non licet, cum et mythographi liber et argumentorum vetus Stavereni editio ad hanc rem non sufficiant.[1])

Haec sunt quae ex Narrationibus fabularum sumpta mihi enotavi:

fab. 17, $_{27-33}$ e Narr. fab. I 6 p. 791 Stav.

v. 27 Narr. post *impatiens* habent : *in deos querimonia delata.*

---

1) R. Franz quidem argumenta interpolata esse existimat (De Callistus fabula, Leipziger Studien XII (1890) p. 264 adn. 1).

fab. 18 e Narr. fab. I 10, 13, 14 p. 793 sq.
fab. 73, $_{37-2}$ e Narr. fab. IV 19 p. 816.
$_{2-12}$ V 1 p. 817.
fab. 86 e Narr. fab. V 5 p. 820.
fab. 88 e Narr. fab. XI 3 p. 863 sq.
v. 16—17 non in Narr. fab.
v. 20 sq. Narr. fab.: *unde aqua aurei coloris esse coepit.*
fab. 90, $_{27-31}$ e Narr. fab. XI 4 p. 864.

v. 28 post v. *oblectaret* Narr. fab.: *elatus gloria agrestium Nympharum.*

v. 29 post *Tmolo* in Narr. fab.: *cuius mons erat.*

v. 30 sq. Narr. fab.: *quam ob causam Apollo ob eandem stultitiam, quam et supra gesserat in Liberi patris voluntate, iratus, aures eius asininae ut essent sempiterno effecit.*

fab. 91, $_{1-8}$ e Narr. fab. VI 1 init. p. 825.
$_{9-13}$ VI 2 init. p. 827.
fab. 120, $_{40-8}$ e Narr. fab. III 3 p. 805.
fab. 125, $_{20-23}$ e Narr. fab. VI 5 p. 830.

v. 23 pro *quod Marsyas dicitur* in Narr. fab.: *quod eius nomine in Phrygia Marsyas a prioribus nostris nuncupari videtur.*

fab. 131 e Narr. fab. IV 20 p. 817.
fab. 148, $_{30-37}$ e Narr. fab. II 13 p. 802.
fab. 149 e Narr. fab. III 1 p. 803.
v. 40 *Cadmum, Cilicem, Phoenicem* non in argum.
fab. 150 e Narr. fab. IV 16 p. 815.
fab. 184, $_{15-18}$ e Narr. fab. X 4 p. 857 sq.

Verba *prima forma — interesset* irrepsisse videntur apud mythogr. in alteram formam fabulae, v. 10 sqq.

v. 17 in argum.: *rapuit in coelum ministrumque fecit.*

fab. 185, $_{20-30}$ e Narr. fab. III 5 p. 806 sq.
$_{30-39}$ III 6 p. 807.
fab. 186 e Narr. fab. V 9 p. 822 sq.

Post v. *invenissent* in codice mythogr.: *a diis novissime impetrarunt. versae sunt in volucres, non tantum in terris, sed teiam in mari, requisitam consequi possent.* v. Rossbach l. l.

fab. 187 e Narr. fab. VI 4 p. 829 sq.

fab. 188, 18–25 e Narr. fab. VII 2 p. 835.

25–30 VII 3 p. 835 sq.

v. 18 in argum.: *Medeam abductam a parentibus.*

v. 20 in argum.: *Aesonem senectute elisum.*

v. 23 post v. *coquens* in argum.: *postquam animadvertit stipitem, quo versabat herbas, in arborem oleam oneratam baccis esse conversum, quae despumata aheno in terram deciderant, in herbam laetissimam esse conversa, maturatum tempus existimans.*

v. 24 post v. *immiscuit* in argum.: *et ut promiserat coniugi, ex senectute . . .*

v. 28 *et auxilio* non in argum.

fab. 189, 32–34, 37–41 e Narr. fab. I 7 p. 791 sq.

v. 34 vocem *diluvio* ut ad verba *profusis imbribus* interpretanda adiectam puto delendam esse; cf. Bodii adnot..

Caput II.

De fontibus hodie non iam superstitibus.

De Vergilii commentariis.

In eis mythographi Vaticani fontibus, qui aetatem non tulerunt, Vergilii commentarios fuisse ex quibusdam exemplis intellegitur; qui vero commentarii illi fuerint, sane non iam certo dici potest. Ac primum quidem aliquot fabulas afferam, quae ex eisdem fontibus, quibus commentarii nobis servati usi sunt, videntur desumptae; deinde de eis disseram, quae et ipsae e Vergiliano commentario haustae sunt, quarum tamen fontem accuratius definire non possumus.

Ad communem Vaticani mythographi et Servii fontem revocandam esse **fab. 229** iam supra vidimus (p. 19). Idem dicendum est de **fab. 180**: cf. Serv. ad Ae. II 247 (*tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris Ora dei iussu non unquam credita Teucris*), qui partem fontis sui exscripsit:

M. I fab. 180:	Serv. Ae. II 247:
Cum Apollo Cassandram, filiam Priami, adamaret, constituit, ut secum ea condicione rem coniugii haberet, ut illi scientiam divinandi concederet. Quae cum sibi promitteret quod voluit, ille scientiam divinandi concessit. Postea Apollo, spe promissi amoris, concessa divi-	Dei iussu] praecepto Apollinis, qui spe promissi coitus con-

natione, frustratus, fidem vera dicenti sustulit.	cessa divinatione **frustratus** sustulit fidem vera **dicenti.** (Quae Dan. Serv. ad hunc **versum** adnotat, aliunde **fluxerunt.**)

Fab. 139 propter verba v. 3 *Niger autem dictus . . .* e commentario ad Verg. Ae. I 489 *(nigri Memnonis arma)* hausta videtur; cf. Serv. Ae. I 489:

M. I fab. 139:	Serv. Ae. I 489:
Tithonus fuit frater Laomedontis, regis Troianorum. Qui cum adamatus fuisset ab Aurora, petiit ab ea longitudinem vitae. Unde tamdiu vixit, donec prae nimia senectute versus est in cicadam. Hic filium suum Memnonem, ex ipsa progenitum, ad Troiae misit auxilia. Niger autem dictus et Aethiops, quia, ubi prima surgit aurora, dubia lux est. Huius apud Troiam extincti et sepulti tumulum aves annuo volatu conventu officiose celebrant.[1]	Nigri Memnonis arma] **quia** Tithonus, frater **Laomedontis,** raptus ab Aurora **filium** suum Memnonem ex ipsa progenitum ad Troiae misit auxilia. ‚nigri' autem dixit Aethiopis, unde prima consurgit Aurora.

1) Ad. v. 42—v. 2 p. 45 huius fabulae cf. Serv. Ae. IV 585: *Tithonus frater Laomedontis fuit: hunc Aurora amatum in caelum levavit, quem longinquitas vitae in cicadam convertit* (cf. Serv. Ge. III 324. Ge. III 48 = schol. Bernens. Ge. III 48).

v. 5—6 fusius narrat Dan. Serv. Ae. I 751.

v. 4 pro *et Aethiops* scribendum videtur *ut Aethiops.* Haud scio an recte dicat Bode, verba *quia ubi prima surgit aurora, dubia lux est* item ut Servii *unde primo consurgit Aurora* corrupta esse e Vergilii versu (Ae. III 588) a Servio initio huius scholii laudato: *(dies) primo surgebat Eoo.* — Sane *dubia lux* videtur explanatio vocis *aurora,* cf. Dan. Serv. Ae. III 587 *‚aurora' vel ‚crepusculum matutinum' tempus quod ante solem est;* Serv. Ae. II 268 *de crepusculo . . . quod est dubia lux . . .*

Fab. 136, 10–13 ad verbum fere redit apud Serv. Ae. I 619:

M. I fab. 136:	S. Ae. I 619:
. . . Hesionam cuidam socio suo Telamoni dedit;	. . . Hesiona belli iure sublata comiti Telamoni tradita est, qui primus ascenderat murum, unde Teucer natus est.
ex qua natus est Teucer. Nam Aiacem ex alia constat esse natum. Tunc Hercules Priamum redemptum a sociis (an ‚ab hostibus'?) in paterno regno locavit.	nam Aiacem ex alia constat esse procreatum. tum Hercules Priamum quoque redemptum a vicinis hostibus in paterno regno locavit.

Sed verbis quae antecedunt Servius a mythographo dissentit. Notam autem ei fuisse fabulam Hesionae liberatae, ipse dicit his verbis: *ceterum quae de liberata dicuntur Hesiona constat esse fabulosa* (cf. quae de ceto a Neptuno misso dicit ad Ae. I 550). Equidem puto non modo verba mythographi p. 44, 10–13, sed etiam quae antecedant in eodem fonte quo Servius usus sit fuisse, hunc vero ex alio fonte pro fabula liberatae Hesionae illud de Hercule a portu defenso inseruisse.

Fab. 119, 15–20 apud Isidorum quoque invenimus (Origin. VIII 11, 45—49). Sed mythographus non Isidoro, immo uterque eodem commentario Vergiliano usus videtur : pars enim apud Servium iisdem verbis repetitur (ad Ae. IV 242) : *unde virga serpentes dividit id est venena : nam bellantes interpretum oratione sedantur : unde secundum Livium legati pacis caduceatores dicuntur : sicut enim per fetiales bella indicebantur, ita pax per caduceatores fiebat. Ἑρμῆς autem Graece dicitur ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας, Latine interpres* (= Myth. fab. 119, 21–26, Isid. VIII 11, 47—49; v. 16 *unde et velox et errans inducitur* = Serv. Ae. IV 239; v. 28—30 cf. Serv. Ae. VIII 698: *Anubis] quia capite canino pingitur, hunc volunt esse Mercurium, ideo quia nihil est cane sagacius.*). Sed cum priore quoque huius fabulae parte (v. 10—15), quae non est apud Isidorum, Serviani similes loci conferri possunt: Serv. ad Ae. VIII 139. IV 252. Ge. I 335.

Hic igitur et Vaticanus mythographus et Servius et Isidorus eundem auctorem adhibuerunt, quem mythographus totum, illi ex parte exscripserunt. (Isidorum non solum Servium sed etiam alium Vergilii scholiastam inspexisse G. Thilo quoque docet [ed. Serv. tom. I praef. p. XXXIX. XLIII sq.].)

Idem quod de fab. 119 de **fab. 124** potest dici: tota fabula est apud Isidorum Orig. VIII 11, 71—75, qui tamen et plenior est et quaedam alio ordine narrat. Quem si mythographus Vaticanus expilasset, profecto nihil praetermisisset. Immo eodem commentario Vergilii utrumque usum esse puto quem Servius adiit: ad Ae. I 39: *Pallasne] Minerva ἀπὸ τοῦ πάλλειν τὸ δόρυ, i. e. ab hastae concussione; vel quod Pallantem Gigantem occidit* = myth. Vat. p. 40, $_{6-7}$ (cf. Prob. ad Buc. II 61). Isidorus autem quae in illo fonte repppererat, supplevit ex alio auctore, ut alibi quoque (cf. Isid. Or. VIII 11, 81—83 e Serv. Buc. II 31).

Fab. 12 eadem fere habet atque Servius ad Georg. III 7, praeterquam quod apud Servium desunt verba v. 19—21: *Unde pro hac feritate damnatus est, ut in Eridano stans flumine, siti pereat, fameque laborans poma, quae sunt in praefati fluminis ripa, videat nec contingit.* Cf. Serv. ad Ae. VI 603 p. 84.

Fab. 20 p. 6, $_{36}$**—p. 7,** $_{3}$: cf. Serv. Ae. II 116 p. 237, $_{7-15}$. Vide p. 27. (Contra Servium exscripsit mythogr. Vat. II 202.)

Fab. 25, $_{13-23}$ ita cum Serv. Ge. II 140 congruit, ut ex eodem fonte fluxisse videatur; ex quo etiam alteram partem (v. 23—28) sumptam esse censeo.

Cum **fab. 50** conferatur Serv. Ae. VIII 288 p. 239. (Servius ex parte eadem verba habet, sed eius narratio brevior est. — v. 11 *elidentem et praefocantem*: cf. Serv. Ae. VIII 289 *eliserit] praefocaverit.*)

Cum **fab. 62,** $_{11-16}$ conferatur Serv. Ae. VI 287. 575. VII 658.

Fab. 72 similis est Servii ad Ae. VI 288.

Fab. 128, 16–21 *sortiretur* = Serv. Buc. IV 62,
22–27 = Serv. Ge. III 113;
totam fabulam ex uno fonte hausit mythographus, cum Servius ad Buc. IV 62 fabulam abrumpat his verbis: *spretus ab ea est,* finem vero fabulae narret ad Georg. III 113, his verbis instituens : *Vulcanus impetrato a Jove Minervae coniugio . . .,* ita ut verba ipsius fontis *concessum est illi, si concessu ipsius Minervae posset fieri* intercidant.

(v. 23 post *reluctante* inserendum est secundum Servium : *effectum libidinis proiecit in terram.*)

Fab. 138 et Serv. Ae. I 619 ex eodem fonte fluxerunt; e quo Servius v. 26—28 et 38—40, mythographus omnia desumpsit. Ex eodem vel simili auctore Dan. Serv. narrationem Servii ad v. 619 et 621 supplevit (cf. Thilo tom. I praef. p. XXXVIII).

Fab. 141 congruit cum Servio ad Ae. VIII 9, praeter v. 22 - 23; quae verba a Servio omissa mythographum in ipso fonte repperisse verisimile est.

Fab. 157 ex parte eadem verba habet atque Serv. Ae. VII 357, qui fabulam in angustum coegit. (Similem fontem adhibuit schol. Stat. Theb. VI 265.)

Quis fuit ille scriptor, quo et Servius et Vaticanus mythographus usus est? Hoc profecto coniectura tantum colligi potest. Cum sciamus Servium praeter Urbanum praecipue Aelium Donatum adiisse, cuius commentarius magnae auctoritatis fuit et priore medii quod vocatur aevi parte exstitit (cf. Thilo praef. p. XVI. LXXV sq.), fortasse recte ponemus Donatum a mythographo Vaticano esse compilatum.

Iam supra vidimus (p. 24) mythographum Vaticanum ex eodem scriptore, quem Danielinus Servius inspexit, quaedam petiisse : ut **fab. 101** (v. p. 24); **fab. 78**: cf. DS. Ae. III 328: *Ledaeam Hermionen] id est Ledae neptem, Tyndarei uxoris, quam Iuppiter in cygnum mutatus gravidam fecit, quae ovum peperisse dicitur, unde nati sunt Helena, Castor et Pollux.*

Fontes autem Dan. Servii esse Vergilii commentarium, quo Macrobius et scholiasta Veronensis usi sunt, et aliquem

mythographum viri docti censuerunt. Quae tamen ad mythographum, quae ad commentarium redeant, difficillimum est diiudicatu.

Hoc loco disputandum est de eis fabulis, quae cum Hygini Astronomia similitudines habent. Quod si Vaticanus mythographus ipsum Hyginum excerpsisset, sine dubio et plures fabulas mutuatus esset — quinque omnino fabulae in quaestionem vocandae sunt — neque illo scriptore tam libere usus esset, sed ut solet artius ei se applicasset: cf. fab. 120, $_{8-13}$ et Hyg. Astr. II 21 p. 62 (ed. Bunte):

Hyginus:	Myth. Vat.:
. . . Hyades appellantur. has autem Pherecydes Atheniensis Liberi nutrices esse demonstrat, numero septem, quas etiam antea nymphas Dodonidas appellatas.	Septem enim fuerant sorores, eaedem nymphae Dodonidae appellatae.
harum nomina sunt haec: Ambrosia, Eudora, Pedile, Coronis, Polyxo, Phyto, Thyone.	
hae dicuntur a Lycurgo fugatae et praeter Ambrosiam omnes ad Thetim profugatae, ut ait Asclepiades.	Quae a Lycurgo fugatae ad Thetim profugerunt, ut scribit Pherecydes et Asclepiades.
sed ut Pherecydes dicit, ad Thebas Liberum perlatum Inoni tradiderunt.	
quam ob causam a Iove his gratia est relata, quod inter sidera sunt constitutae.	Quam ob causam ab Iove eis gratia est relata, quod inter sidera sunt constitutae, quae septem numero Hyades sunt appellatae.

Similem varietatem praebet fab. 234 cum Hygin. II 21 (p. 62 sqq.) comparata:

Hyg. II 21 p. 62,$_{21}$—p. 64,$_{12}$:	M. V. fab. 234:
Pliades appellatae sunt, ut ait Musaeus, quod ex Atlante et Aethra Oceani filia sint, filiae	Pleiadas seu Hyadas VII stellas appellatas novimus. Pleiades dictae, quod VII filiae

XV procreatae, quarum V Hyades appellatas demonstrat, quod earum Hyas fuerit frater, a sororibus plurimum dilectus. qui cum venans a leone esset interfectus, quinque, de quibus supra diximus, lamentationibus assiduis permotae, dicuntur interisse; quare eas, quod plurimum de eius morte laborarent, Hyadas appellatas. reliquas autem decem sorores deliberasse de sororum morte et earum septem mortem sibi conscisse; quare quod plures idem senserint, Pliadas dictas. Alexander autem Hyadas ait dictas, quod Hyantis et Boeotiae sint filiae; Pliadas autem, quod ex Plione Oceani et Atlante sint natae. (Quae sequuntur usque ad v. 22 *obscuratam,* cum vv. 4—15 fab. 234 consentiunt.) alii dicunt Electram non apparere ideo, quod Pliades existimentur choream ducere stellis; sed postquam Troia sit capta, et progenies eius quae a Dardano fuerit, sit eversa, dolore permotam ab his se removisse, et in circulo qui arcticus dicitur, constitisse, ex quo tam longo tempore lamentantem capillo passo videri; itaque e facto Cometen esse appellatam.

ex Plione, quae et Ethia (leg. *Aethra*), Oceani filia, et Atlante sint natae.

Alii dicunt Electram non parere, propter Troiam captam, et progeniem suam, quae ex Dardano erat, lamentantem.

sed has Pliadas antiqui astrologi seorsum a Tauro deformaverunt, ut ante diximus, Pliones et Atlantis filias. quae cum per Boeotiam cum puellis iter faceret, Oriona comitatum voluisse ei vim adferre; illam fugere coepisse, Oriona autem secutum esse annos VII neque invenire potuisse. Iovem autem puellarum misertum, iter ad astra constituisse, et postea a nonnullis astrologis caudam Tauri apellatas. itaque adhuc Orion fugientes eas ad occasum sequi videtur.

Est et alia earum traditio. Cum VII hae sorores iter cum puellis agerent, Orion conatus est uni earum vim inferre; at illa cum sororibus fugit. Oriona autem secutum eam annis XII, neque invenire potuisse. Iovem autem, puellarum misertum, inter astra constituisse utrosque.

Itaque adhuc Orion fugientes eas ad occasum sequi videtur.

Atque etiam in fabulis 233 et 115 tales dissimilitudines sunt; quae facilius irrepere potuerunt, si Vaticanus mythographus, ut equidem existimo, non ex ipso Hygino, sed per alium auctorem sua derivavit.

Et has quidem fabulas omnes a Vergilii interpretibus, qui et ipsi ad Hyginum redeant, tractatas esse potest ostendi:

cum **fab. 233** et Hyg. Astr. II 35 (p. 73 sq.) conferri iubeo Dan. Serv. ad Ge. I 218 (p. 183): *hunc canem alii Icari putant, patris Erigonae, qui mortem patris filiae nuntiavit* (cf. Hyg. II 4 p. 36): *alii hunc esse quondam custodem Europae, quem nulla fera potuit effugere, quique a vulpibus quondam liberavit Thebas.*

(fab. 233 v. 31 post v. *pervenisse*, ut docet v. 33 *cuius uxor fuerat Procris,* haec ex Hygino supplenda sunt : *quem Procris Cephali uxor laborantem dicitur sanasse et pro eo beneficio canem muneri accepisse*; deinde *ille studiosus* in *illa studiosa* mutandum est.)

Fab. 234: cf. Dan. Serv. Ge. I 138 p. 164: *pleiades . . . vel quod Pliones et Atlantis filiae sint. sunt autem septem : Taygete, Alcyone, Celaeno, Sterope, Merope, (Maia,) Electra,*

quae excisum Ilium dolens, lucere desiit. quidam Meropen volunt non apparere, velut erubescentem, quod sola e sororibus cum Sisypho mortali concubuerit. Haec sunt, ut ex nominibus sororum cognoscis, ex Hyg. Astr. II 21 (ceteri scriptores alia nomina praebent).

Fab. 106 (= Hyg. Astr. II 3 p. 33): cf. Dan. Serv. ad Georg. I 244: *sane hunc draconem quidam occisum et inter sidera conlocatum a Minerva dicunt, alii hunc esse, quem Hercules custodientem mala aurea Hesperidum occidit* (cf. Serv. Ae. IV 484; Prob. Ge. I 205. 244).

Hae igitur tres fabulae apud Dan. Serv. redeunt; apud Servium similitudines habent fab. 115 et 120.

Fab. 115, $_{7-22}$ (= Hyg. Astr. II 40 p. 76): ad v. 17—22 cf. Serv. ad Ae. VII 761: *cum Apollo audisset a corvo, eius* (i. e. Coronidis) *custode, eam adulterium committere, iratus Coronidem maturo iam partu confixit sagittis — corvum vero nigrum fecit ex albo — et exsecto ventre Coronidis produxit ita Aesculapium.*

Ad v. 17 sqq. cf. Serv. Ae. VI 618: *Phlegyas . . . habuit Coronidem filiam, quam Apollo vitiavit, unde Apollo suscepit Aesculapium.*

Puto fab. 115, $_{7-22}$ fuisse in commentario ad Georg. I 205, ubi *lucidus anguis* commemoratur: hic item ut apud Hyg. Astr. II 40 fabula Corvi narrari potuit:

cf. Hyg. Astr. II 40:	Serv. Ge. I 205:
Hydra. In qua Corvus insidere et Crater positus existimatur; de qua hanc habemus memoriae proditam causam. corvus Apollinis tutela usus, eo sacrificante, missus ad fontem e. q. s.	Lucidus anguis] tres sunt angues in caelo: unus qui in septentrione est, alter ophiuchi, tertius australis, in quo sunt crater et corvus, de quo nunc proprie ait ‚anguis'; nam ὕδρα dicitur graece.

Fab. $\mathbf{120,_{8-13}}$ (= Hyg. Astr. II 21 p. 62) a Vergilii interpretibus tractatam esse docent hi loci:

Serv. Ge. I 219: *Atlantides licet septem fuisse dicantur, sex tamen videntur in caelo . . . hae autem, ut alii volunt, Iovis, ut alii Liberi nutrices fuerunt* (cf. Hyg. p. $62,_{18}$); cf. Serv. Ae. I 744.

Brevis Expos. Ge. I 138 *Hyadas] sunt stellae in fronte Tauri VII, ut Chaldaei tradunt, nutrices Liberi Patris, ut Musaeus scripsit, ab Hya fratre, quem in venatione interemptum fleverunt, unde Hyades dictae* (= schol. Bern. Ge. I 138, ubi additur: *Iunilius dicit*) (cf. Hyg. p. $62,_{21}$—$63,_{6}$).[1]

Iam vero eos Vergilii interpretes adhibuit mythographus, e quibus scholia Bernensia consarcinata sunt:

E. g. **fab. 76** conferri potest cum schol. Bern. ad Ge. IV 493 (p. 980 Hag.), ubi Gaudentius auctor nominatur:

Myth. Vat.:

Orpheus, Oeagri et Calliopae Musae filius, ut quidam putant, Apollinis filiam habuit uxorem Eurydicen. Quam dum Aristaeus, Cyrenes filius, pastor, cupidus persequitur, volens eam stuprare, illa fugiens concubitum, serpentem non devitavit; et haec ei causa mortis fuit. Orpheus, coactus desiderio coniugis, tentavit dulcedine cantus citharae lenire Ditem et Proserpinam, si posset Eurydicen ad superos revocare. Descendens igitur ad inferos, in miserationem eos cantu suo compulit; acceptaque lege, im-

schol. Bern.:

Aristaeus cupidus pastor, filius Apollinis et Cyrenes, persecutus est Eurydicen in prato flores legentem intermixtamque Nymphis volens eam stuprare; illaque fugiens concubitum serpentem non devitavit, et ei causa mortis fuit. Deinde Orpheus, coactus desiderio coniugis descendit in infernum, lenire Ditem et Proserpinam, ut posset Eurydicen ad superos reducere, et hoc

1) Alia quoque ex Hygini Astron. in scholia Vergilii fluxerunt: e. g. Dan. Serv. Ge. I 246 e Hyg. II, 2; cf. Robert, Eratosth. Catast. rel., testimonia p. 57 sqq.

petravit Eurydicen ita demum, si non ante respexisset, quam ad superos perveniret. Deinde, ut est dura amantium perseverantia, Orpheus, timens ne non inesset pollicitis Ditis fides, respexit, et irritum fecit suum laborem e. q. s.	accepta lege impetravit, si non ante respexisset, quam ad superos pervenisset, et irritum fecit suum laborem. Hoc per somnium tantum visum est, ut puto; sed ridiculosa gentilitas fingit falsa. Gaudentius dicit.

(Ad fab. 76, $_{6-8}$ cf. schol. Bern. Ge. IV 520.)

Fab. 89 e schol. ad Ge. I 18 (*o Tegeace*) sumptam esse docent verba *unde et Tegeaeus dicitur:*

fab. 89:	schol. Bern. Ge. I 18 p. 846:
	O Tegeaee] derivativum a Tegeo oppido Arcadiae, quia
Post mortem Ulixis Mercurius cum uxore eius Penelope concubuit;	post mortem Ulixis Mercurius cum uxore eius concubuit Penelopa et gravidam fecit et in
quae sibi iuxta oppidum Tegeam peperit filium, Pan nomine. Unde et Tegeaeus dicitur.	monte Maenalo iuxta oppidum Tegeum parturiit Pana ideoque dixit ‚Tegeaeum'.

Sequantur reliquae fabulae, quae ex aliquo Vergilii commentario petitae videntur:

fab. 11: talia in Vergilii scholiis fuerunt: cf. ad v. 2—5 et v. 15 Serv. Ae. VI 580 (exscr. Isidor. Orig. IX 2, 134—135).

v. 13 cf. Serv. Ae. I 394.

v. 15 cf. etiam Dan. Serv. Ae. IV 119.

Hanc fabulam e commentario libri VI Aeneidis esse eo comprobatur, quod sequentes quoque fabulae (12—14) e commentario huius libri fluxerunt.

v. 3 *Tartari* pro *Tantali* scribendum esse recte dicit Köpp, de gigantomachiae in poeseos artisque monumentis usu, diss. Bonn. 1883, p. 25 (cf. Mayer, Giganten und Titanen, p. 8 adn. 12).

v. 5—7: haec narrat Vergil. Ge. I 279 sqq.

v. 7—11: haec scholiasta Vergilianus ab Hygin. Astron. II 23 (p. 66 B.) mutuatus videtur (cf. Maass, Aratea, p. 297. 576).

v. 9 post v. *asinorum* Maius omisit *exterritorum* (v. Rossbach l. l.).

fab. 13: cf. Serv. Ae. VI 595 (. . . *quamquam Homerus vicissim dicat duos vultures sibi in eius poenam succedere.*

Cf. etiam schol. Stat. Th. I 570. IV 538. XI 12. De Apollinis et Dianae sagittis atque de duobus vulturibus cf. Apollodor. Bibl. I 41.

fab. 14: cf. Serv. Ae. VI 601: (*Ixion*) *post nubis coitum fictae in formam Iunonis, cum se de eius stupro iactaret, ab irato Iove ad inferos trusus est et illic religatus ad rotam circumfusam serpentibus.*

Similia habent Serv. Ge. III 38. schol. Bernens. Ge. III 38. IV 484; cf. schol. Stat. Th. IV 539.

v. 37 *contra montem volvat:* hic Ixionis poena cum Sisyphi confundi videtur.

fab. 24 a scholiastis Verg. narrabatur: cf. Dan. Serv. Prob. Philarg. schol. Bern. Buc. IV 34.

fab. 26 e scholio ad Ge. IV 463 *Actias Orithyia;* cf. S. Ge. IV 462: *Atheniensis nympha, quam Boreas in suum matrimonium rapuit,* schol. Vaticana l. l.: *et aliter : Orithyia, Erechthei et Praxitheae filia, ab Aquilone in Thraciam rapta, Zetum et Calain filios edidit.* v. etiam schol. Veron. et schol. Bern. Ge. IV 462.

fab. 28: cf. S. Ge. III 258 (exscr. Myth. Vat. II 218). (schol. Bern. Ge. III 258 p. 938. DS. Ge. I 207.)

fab. 33: cf. S. et DS. Ae. X 763.

fab. 57, cuius pars (v. 13 sqq.) e S. Ae. VI 395 fluxit; ad v. 8—13 cf. S. Ge. II 152: *haec verba* (i. e. aconitum) *nata dicitur de spumis Cerberi, quo tempore eum Hercules ab inferis traxit* (= Brev. Exp. l. l.). Cf. Prob. l. l. (*aconita*) *existimantur esse ex spuma Cerberi, quam is fuderit protractus ab Hercule in lucem* (haec fabulae forma redit ad Ovid. Met. VII 406 sqq.).

fab. 58, $_{18-26}$**:** cf. DS. Ae. VIII 300 p. 242, $_{17-19}$.

$_{34-11}$: cf. DS. Ae. VIII 300 p. 242, $_{25}$—243, $_{8}$.

Herculem ipsum Deianiram trans fluvium portasse nusquam nisi apud Dan. Serv. et Myth. I inveni.

(Ceterum ad v. 18—31 cf. etiam schol. Stat. Theb. IV 106. Narrat. fab. IX, 1; ad v. 34—p. 21, $_{11}$ cf. sch. Stat. Th. XI 235. Narrat. fab. IX 2—3. Hyg. fab. 34—36.)

Ad Acheloum cum Alpheo commutatum (v. 31 sqq.) cf. schol. Stat. Theb. IV 106: *Achelous . . . mutatus est in fluvium, qui per Aetoliam fluens labitur in Arcadiam* et schol. ad Lucan. VI 363: *hic Achelous ad Echinadas insulas fugit.*

fab. 68: cf. S. Ae. VII 662. DS. Ae. VII 662 VIII 299 p. 242, $_{9-18}$.

v. 15 *tergeminus dicitur:* Verg. Ae. VII 202.

tricorpor dicitur: Verg. Ae. VI 289.

De LIII capitibus nusquam alibi mentio fit.

v. 17 *tres fratres:* cf. Iustin epit. 44, 4, 16.

v. 20 et 22 *cum bicipite cane:* mythogr. I auctorem suum falso intellexit, cf. S. Ae. VII 662, qui hunc canem Geryonis fuisse dicit.

v. 24 *et Ithimiam filiam eius:* recte Schoene (Annal. del Instit. 1869 p. 248 adn. 1) post verba *armenta eius* collocat et pro *Ithimiam* scribit *Erythiam.*

Ceterum cum verba *cum aerea olla* (v. 20) et *alnum conscendit* (v. 23) inter se pugnent, fortasse duo fontes adhibiti sunt.

fab. 82: cf. S. Ae. VI 585.

fab. 84: similia apud Serv. Ae. VII 678 p. 181. schol. Veron. Ae. VII 681 p. 438.

fab. 85: cf. S. DS. Philarg. Buc. VI 48; schol. Bern. p. 800. Melius quam illa scholia congruit scholion cod. Montepessul. 358 apud Boucherie (fragment d'un commentaire sur Virgile, Montpellier 1875) p. 15:

Prophetides, filie Proeti regis Argivorum. Erant pulcher. Pretulerunt se Iunoni. Ideo illa percussit eas amentia in tantum ut crederent se esse buccole. Et ‚falsis mugitibus im-

pleverunt agros', *ideo falsos quia non erant illis proprii. Et querebant in suis planis frontibus cornua. Fuerunt autem nomina earum Crusippe, Ifinoe, Istianasa:* hic scholiasta, qui fortasse bonis commentariis usus est, etiam praebet quod mythographi verbis *quaerebant in capitibus cornua* respondet.

fab. 87 ex eodem fonte atque Brev. Expos. ad Georg. I 9 p. 202: nam illud *Orista* corruptum in codicibus quoque Brevis Expositionis invenitur: *Ovista enim filius ynen* pro *Staphylus enim Oenei* (*regis pastor*): ortum autem est sic, ut ex verbis scholiastae: (*Poculaque inventis Achelonia miscuit*) *uvis] Staphylus enim Oenei* . . . fieret: *Ovista filius enim ynen* . . . Illam corruptelam scriptorem Brevis Expositionis iam in fonte invenisse inde apparet, quod iam *enim* ante vocem *filius* collocatum est.

Cetera non ad verbum inter se congruunt. Cf. etiam DS. Ge. I 8 p. 132. Prob. Ge. I 8 p. 349 sq.

(Eadem quae in Brev. Exp. sunt apud Boucherie [in cod. Montepess. 253] p. 21, $_{10}$; alia habet cod. 358 p. 21 sq.)

fab. 93: cf. Serv. Ae. V 373 sch. Veron. Ae. V 473. Fusius rem narrat schol. Stat. Theb. III 353.

fab. 94: cf. additamenta ad Serv. Ae. I 570: Serv.: *Eryx Veneris et Butae* (addit.: *vel ut quidam volunt Neptuni*) *filius fuit,* (addit.: *praepotens viribus advenas caestibus provocabat victosque perimebat*). Cf. S. Ae. V 24. DS. Ae. X 551. Long. in schol. Veron. Ae. X 551 p. 446.

fab. 95: plane eadem sunt in Servianis libris (cf. Thilo in apparatu critic. ad Serv. Buc. VIII 55).

Plura habet DS. Buc. VIII 55.

Cf. Philarg. Buc. VIII 56 (= schol. Bern. p. 821). Prob. Buc. VIII 56.

fab. 97, $_{26-32}$**:** haec sine dubio e schol. ad Ecl. II 24 sunt, cf. v. 30: verba *Dircaeus vero Amphion* e. q. s. interpretantur Vergil. Ecl. II 24 *Amphion Dircaeus.*

Cf. Prob. Philarg. Serv. ad Ecl. II 23. schol. Bern. p. 759.

v. 27: cithara commemoratur in schol. Bern. l. l.

Ad verba *montes et silvas ac saxa ac lapides* Bode adnotat *quanta haec est confusio!* Puto cum Philarg. et schol. Bern. *montes et saxa* scribendum; *silvas ac lapides* est varia lectio.

Eadem scripta sunt apud Boucherie, in cod. 358 ad Ecl. II 24: *Quorum Anfion studium lire habuit, et sic citharizare dicitur ut montes et saxa ad se advocaret. Zetus, frater eius, muros Tebanorum dicitur conposuisse.*

Ceterum in hoc codice Montepess. tota fabula ad Ecl. II 24 narratur, et ea quidem ex parte aliis verbis, ut coniicere possis mythographum Vaticanum totam fabulam in Vergilii commentario quodam repperisse, quo scholiasta quoque Statianus (vv. 16—26) usus sit.

(vv. 16—26 redeunt in cod. 253 ad Ecl. II 24 apud Boucherie p. 9 adn. 2.) —

Quae in fab. 102—118 mythographo Vaticano cum Fulgentio communia sunt, excerpsit ex enchiridio quodam mythologico; reliqua supplevit ex Vergilii commentariis.

fab. 102, **26 qui—29 Plutonem, 31 Hi—p. 34, 2.**

Ad v. 32—33 cf. DS. Ae. I 139: *sed mihi sorte datum] ‚sorte' ideo ait, quia Iuppiter et Neptunus et Dis pater, Saturni et Opis filii, cum de mundi possessione certamen inissent, placuit ut imperium sorte dividerent: ita effectum est, ut caelum Iuppiter, maria Neptunus, Dis pater inferos sortirentur.*

v. 1—3 p. 34: cf. S. Ae. I 133 (v. 17—21).

v. 25 *Pollturis* (sic in cod.) e *Telluris* corruptum est, cf. Roscheri lexicon mythol. s. v. Kronos, II 1469 sq.

fab. 103, **8 iste Chiron-10**: cf. schol. Vaticana ad Ge. III 550 p. 318: *Chiron Saturni et Philyrae filius fuit, adeo medicinae peritus, ut etiam Aesculapium docuisse dicatur.* Cf. Serv. l. l. schol. Bern. Ge. III 115 p. 931. III 550 p. 954.

fab. 104, **18—22**: cf. DS. Ae. VIII 322: . . . *et quod ei uxor nato Iove lapidem pro infante obtulerit devorandum.* Cf. sch. Bern. Ge. I 13 p. 845.

v. 20: cf. Priscian. II 6. V 18. VII 32 p. 313 (Keil): *Abbadir lapis, quem pro Iove devoravit Saturnus.* Gloss. Papiae: *Abaddir Deus dicitur, quo nomine lapis vocatur, quem devoravit Saturnus pro Iove. dicitur quoque Abaddir vel Abdira vel Abderites, quem Graeci Badelion vocant.*

fab. 105, 24–31: cf. S. et DS. Ae. VIII 322: *Vergilius Latium vult dici, quod illic Saturnus latuit* (*fugiens Jovem*). — S. Ae. VI 793. VIII 319.

fab. 112, 1 Haec–9: cf. S. et DS. Ae. IV 511. S. Ae. I 292 p. 107, 15: *Vesta dicta quod variis vestita sit rebus.*

v. 5 *trivia*: cf. S. et DS. Ae. IV 609. S. Buc. III 26. S. Ae. VI 118. Ge. I 5. schol. Bern. Ge. I 7. — Haec etiam apud Isidorum Orig. VIII 11, 56—61 leguntur, qui tamen et plura et alium ordinem habet: *Diana, Lucina, Trivia, Latonia virgo, Ceres, Ops, Proserpina, Vesta, Tellus, Mater magna.*

Isidorus cum Mythogr. I eundem fontem adiit: contra Myth. II 25 fluxit ex Isidoro.

fab. 118, 37 qui-38 Dianae ex alio auctore inseruit mythographus et id quidem falso, quia Phaethontem cum Paeone (i. e. Aesculapio), qui Hippolytum suscitavit, confundit; ad hunc errorem etiam **vv. 4—8** (p. 38) redeunt, quae verba repetivit ex commentario Vergiliano, cf. S. Ae. VI 398. VII 761. (S. Ge. III 2. Prob. Ge. III 2. schol. Bern. Ge. III 2 p. 923.)

fab. 130: cf. DS. Ae. II 616. S. et DS. Ae. VI 289. Eundem auctorem secutus est Fulgentius I 21 p. 32 sq.

fab. 135, 28 idem Dardanus–40.

Ad v. 28—32 cf. DS. Ae. III 167 (sed hic Iasius Samothraciam obtinet, cf. DS. Ae. III 15. S. Ae. VII 207); cf. autem DS. Ae. II 325: (*Dardanum*) *quidam ab Arcadia profectum venisse ad Phrygiam volunt, alii de Samothracia ad memorata loca venisse dicunt.*

v. 34—40: cf. schol. Bern. Ge. III 35 p. 927: *De Iove et Electra Dardanus natus, a quo Dardania, Erichthonius*

Tros Ilus Laomedon Priamus. Item Troi filius Assaracus Capys Anchises Aeneas Ascanius Euryleon Iulius; Iuliorum gens ad Caesarem Augustum descendit.

(v. 39—40 cf. DS. Ae. I 273. S. Ae. I 284. VI 777.) Aliam genealogiam atque mythographus affert DS. Ae. VIII 130 et schol. Vatic. Ge. III 35 p. 277.

fab. 147, $_{13-19}$**:** haec e commentario ad Ae. IV 471 sumpta videntur (v. 19 sqq. sunt e Servio ad eundem locum). Cf. DS. Ae. IV 471 (III 331).

fab. 165 esse e commentario ad eum locum, quo poena Sisyphi describitur, ostendunt verba v. 14 *Sisyphus ob hoc tali poena multatus, quia . . .*; cf. Verg. Ae. VI 616 *saxum ingens volvunt alii* (Ge. III 39 *non exsuperabile saxum*).

Cf. S. Ae. VI 616: *Sisyphum dicit, qui deorum consilia hominibus publicavit.* — S. Ge. III 39: *saxum] quod contra montem Sisyphus volvit.*

Eundem Vergilii commentarium exscripsit Pseudacro ad Hor. C. II 14, 20:[1]) *Damnatusque longi Sisyphus Aeolides laboris] Damnatum laboris dixit ut damnatus capitis, damnatus iniuriarum.* deinde quod poena ab Horatio non describitur, haec Pseudacro praemittit: *Haec autem apud inferos Sisyphum poena manere dicitur, ut saxum contra montis verticem volvat, quo semper relapso finem numquam meretur laboris; de quo Vergilius* (Ae. VI 616):

Saxum ingens volvunt alii.

Sequuntur quae in commentario ad hunc Vergili versum repperit: *Pro hoc tamen flagitio tali poena perculsus est, quia Eginam* e. q. s.

vv. 18—19 ex alio Vergilii versus scholio fluxerunt.

fab. 176 delibata est e commentario ad Ecl. IV 62 (*cui non risere parentes*), cf. v. 25: *in qua sedens Iuno non risit.* Cf. Philarg. ad Ecl. IV 63 p. 88 (= schol. Bern. l. l. p. 782 sq.). (S. DS. Ecl. IV 62.)

---

1) cf. Kiessling, de personis Horatianis p. 7.

fab. 177 est ut fab. 176 e scholio ad Ecl. IV 63: *nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubilist*; cf. Philarg. l. l. (= schol. Bern.): *pueris nobilibus editis in atrio domus Iunoni Lucinae lectus ponitur, Herculi mensa.*

fab. 179 esse sumptam ex commentario ad Ge. II 320 (*candida venit avis longis invisa colubris*) inde colligi potest, quod in fine legitur: . . . *quam ob causam ut avis infesta colubris narratur.*

Cf. Brev. Exp. Ge. II 320 (S. Ae. I 27).

fab. 184, $_{10-15}$: cf. Serv. Ae. I 28: *Ganymedis honores] Troi, regis Troianorum, filii. ‚honores' autem dixit vel propter ministerium poculorum, quod exhibuit diis remota Hebe, Iunonis filia, vel quod inter sidera conlocatus aquarii nomen accepit.*

Ad v. 11 sqq. cf. Verg. Ae. V 252 sqq.

Verba v. 10 *cum prima forma* — 12 *exerceretur* huc irrepserunt ex argumentis Metamorphoseon, ex quibus altera huius fabulae forma (v. 15—19) sumpta est; cf. p. 47.

fab. 189, $_{34}$ primum — $_{37}$ dicitur et p. 58, $_{1-8}$ sunt e schol. ad Verg. Ecl. III 41 sq.:

hinc lapides Pyrrhae iactos, Saturnia regna
Caucaseasque refert volucres furtumque Promethei.

Cf. S. Ecl. VI 41: *quo tempore Saturnus regnavit, in terris non fuit diluvium, sed sub Ogyge, rege Thebanorum. secundum autem diluvium fuit sub Deucalione et Pyrrha.* v. DS. l. l.

Ad v. 1—7 cf. Philarg. Ecl. VI 41. sch. Bern. Ecl. VI 41 p. 798.

Verba v. 7 *Postea* — v. 8 non satis clara sunt (*vivificabat . . . face caelesti adhibita*) et ab ipso mythographo videntur addita, praesertim cum in fonte eius Promethei fabula secuta est (v. Serv. Philarg. schol. Bern. ad Ecl. VI 42).

fab. 200: cf. DS. Ae. V 72 (hic etiam mystica illa explanatio: *vel quia iucundi odoris*).

Cf. DS. Buc. X 18. Serv. Ae. VI 632 *hic thalamum invasit natae vetitosque hymenaeos] Thyestes, . . . item Cinyras.*

Eodem fonte usus est Fulg. III 8 p. 72.

fab. 202 p. 61, 36 — p. 62, 20: hoc est argumentum Aeneidis. Talia in Vergilii commentariis fuisse cognoscitur ex Serv. ad librum III Aeneidis, ubi narratur quos errores Aeneas pertulerit, priusquam ad Africam pervenerit.

Haec narratio forsitan initio cuiusdam commentarii fuerit.

fab. 208 derivata est ex commentario ad Verg. Ae. I 27 (*iudicium Paradis spretaequae iniuria formae*), cf. fab. 208 p. 66 v. 4 sq. *quo facto Iuno et Minerva Troianis dicuntur iratae, spretae iniuria formae*; quae verba hic non satis apta videntur esse lemma insequentis scholii: cf. S. Ae. I 27: *nota fabula, Paridem pro Venere contra Iunonem Minervamque iudicasse. — spretaeque iniuria formae*] *epexegesis est* e. q. s.

fab. 209 revocandam esse existimo ad schol. Ae. I 483 sqq.:

ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros
exanimumque auro corpus vendebat Achilles.
tum vero ingentem gemitum dat pectore ab imo,
ut spolia, ut currus utque ipsum corpus amici
tendentemque manus Priamum conspexit inermis.

Cf. fab. 209 v. 27 sqq.: *spoliavit armis . . . auro compensatum . . . inermis egressus.*

Cf. DS. Ae. I 483 (v. 20 sq.: *eiusque corpus ad currum religatum circa muros Ilii traxit, quod post placatus auro repensum Priamo reddidit*).

Scholiasta quem Vaticanus mythographus adhibuit, longius repetivit.

fab. 210 est scholion ad Ae. I 474 sqq.:

. . . fugiens amissis Troilus armis,
infelix puer atque inpar congressus Achilli,
fertur equis curruque haeret resupinus inani . . .

Alia habet S. l. l.

v. 32 *per insidias*: cf. schol. Il. 24, 257 (λοχθῆναι coni. Maass).

fab. 211: ex verbis (v. 3 sq.) *inde dicit poeta: ‚Exuvias indutus Achillis‘* intellegitur hanc fabulam petitam esse ex commentario Vergiliano: nam poeta ille est Vergilius (Ae. II 275).

De Patroclo hoc narrat DS. Ae. II 275, cf. tamen Hesych.: *λωπιστὸς ὁ Παλαμήδης· ἐκ τῆς τῶν ἱματίων ἐπιρίψεως* (*ἐπιλείψεως* coni. Lewy in Roscheri lexico s. v. Palam. III 1266).

v. 38 *promittente ei Polyxenam dare*: cf. Tzetzes ad Lycophr. 269.

fab. 214: mythogr. Vatic. usus est scholiasta Vergilii ad Ae. I 340 sqq.: cf. verba *ob quod factum Byrsam, postea Carthaginem vocavit* et Verg. v. 367 *facti de nomine Byrsam.* Cf. S. Ae. I 343. 363.

S. Ae. I 367 . . . *ut emeret tantum terrae, quantum posset corium bovis tenere. itaque corium in fila propemodum sectum* (*in tenuissimas corrigias sectum* BMl, cf. myth.) *tetendit, occupavitque stadia XXII. quam rem leviter tangit Vergilius dicendo ‚facti de nomine Byrsam‘.* (Lectionem codic. BMl e mythographo derivatam putat Thilo praef. p. LXXXVII.)

fab. 215: e schol. ad Ae. I 15 sqq., ad quos versus respiciunt verba *ex quo Carthaginem magnam Iuno semper habitavit.*

Cf. S. Ae. IV 680 *patrios* (i. e. Carthaginis) *deos*] *Saturnum et Iunonem.*

Ceterum et fab. 214 et fab. 216 ex commentario ad primum librum Aeneidis hausta est.

fab. 219 conicio ad commentarium Verg. Ae. VI redire: nam insequentes quoque fabulae ex huius libri commentario sumptae sunt (v. p. 12 et 36). Atque fortasse fab. 219 est schol. ad v. 823:

vincet amor patriae laudumque immensa cupido.

ad haec verba puto Reguli exemplum quendam commentatorem attulisse.

v. 38 *ut Orosius dicit:* Orosium ipsum non esse adhibitum dixi p. 11; eum autem a Vergilii scholiastis exscriptum esse docent schol. Bern. Ge. IV 211 p. 968.

fab. 223, 34—36.

v. 32—34 sunt e Serv. Ae. VI 844. Eadem in alio commentario de Cincinnato narrabantur. Quas duas narrationes mythographus coniunxit falso dicens Atilium et Cincinnatum esse eundem.

Cf. commenta Lucani Bernensia ad Phars. X 153: *sordidus Etruscis abductus consul aratris] Atilius Serranus : Vergilius ,vel te sulcro Serrane serentem'. — abductus consul aratris] Minucium consulem Aequi Volscique superaverunt in Algidoque concluserunt, <actumque infeliciter foret> ni Quinctius Cincinnatus praecipuus ille dictator obsidionem hoste victo solvisset. qui repertus <ruri> ab aratro arcessitus ad fasces est et brevi victor iugum boum Aequis imposuit triumphator prae se primus hostem agens.*

Hic quoque et Atilius et Cincinnatus nominatur. — Commentator Lucani usus est Orosio (II 12, 7 sq. . . . *subiugatos hostes prae se primus egit*), ad quem illud quoque Vergilii scholion redire dixerim.

De enchiridio mythologico.

Supra iam cum de Fulgentio dicerem, exposui enchiridion quoddam fabularum, quo etiam Fulgentius usus sit, a mythographo Vaticano adhibitum esse. Ad quem fabularum librum iure ac merito revocari posse abitror eas fabulas, quae restant. Sunt autem hae:

fab. 16 magnam habet similitudinem cum Fulg. II 5 p. 43.

Alia verba exhibent Narrat. fab. III 4 p. 806 (Stav.). schol. Stat. Th. II 95. Hygin. fab. 75.

fab. 48.

Quae exstant scriptorum Latinorum narrationes (imprimis Hyg. fab. 37—38. 79), non satis cum Vaticano mytho-

grapho conspirant. E Graecis maxime comparari potest Apollodorus (Epitome I 1—6 p. 173 sqq. I 24 p. 182 Wagner), ex quo mythographi auctor forsitan hauserit.

fab. 51.

Similia, non eadem verba apud Hygin. fab. 30.

v. 13: nescio an pro *Thebanorum* sit scribendum *Tirynthiorum*.

fab. 55.

(Cf. Fulg. II 4 p. 43. schol. Stat. Th. VI 869.)

fab. 56.

Mythographus confundit Harpyias et Stymphalides aves; similis commutatio invenitur apud Hyg. fab. 20.

(Ab aliis Stymphalides cum Hesperidibus, cum Furiis confunduntur, v. Roscheri lexic. mythol. I 1843.)

fab. 63.

Videtur illas Herculis aerumnas fabularum scriptor quo Vaticanus mythographus usus est fusius narrasse, hic autem *ideo quia raro inveniuntur* inscriptiones tantum afferre satis habuisse.

v. 30: sed tamen fab. 192 haec plenius narrantur.

fab. 77.

Idae mirum telum ab aliis non commemoratur.

Hyg. fab. 80: Castor Lynceum interficit, tum gladio Idae occidit (cf. Theocrit. 22, 135 sqq.).

Ovid. Fast. V 699 sqq.: Lynceus Castorem, Pollux Lynceum occidit.

v. 10 pro *Dianisa* scribendum esse *Hilaira* dicit Kuhnert in Roscheri lexico s. v. Leukippiden, II 1991.

fab. 79.

Solinum ipsum mythographi auctorem non esse supra demonstravi (p. 11). Eadem ex eodem fonte praebet scholiasta Lucani p. 639 (Weber), ad Pharsal. VIII 479.

v. 32—34
v. 37—38
v. 40—41 } etiam apud Isidorum Orig. VIII 11, 86.

fab. 90, $_{31-37}$ (= Fulg. III 9 p. 73, $_{15}$—74, $_{1}$).

v. 37—38 ipse addidit mythogr.: cf. fab. 125.

fab. 92 (= Fulg. I 22 p. 34).

fab. 102, $_{25\ sq.\ 30\ sq.}$ (= Fulg. I 2 p. 17, $_{10-12}$).

fab. 105, $_{31-33}$ (= Fulg. I 3 p. 18).

fab. 107, $_{2-8}$ (= Fulg. I 4 p. 19).

v. 8—10 mythographus ipse addidisse videtur, cf. fab. 93 et 94.

fab. 108 (= Fulg. I 5—6 p. 20).

fab. 109 (= Fulg. I 7 p. 20, praeter verba *Hae pro crinibus habent angues*).

fab. 110, $_{24.\ 26}$ Clotho$_{-28}$ (= Fulg. I 8 p. 21).

v. 24 *Haec*—25 *parcant* e Serv. Ae. I 22.

v. 25 *Clotho*—26 *occat* om. Fulg.; hunc versum interpolatum esse censet L. Traube (*O Roma nobilis,* Abhandl. d. Münchener Akademie I Cl. XIX p. 309. 392).

fab. 111 (= Fulg. I 9 p. 21 sq.).

v. 30 *Aello*—31 *recondit* om. Fulg.

fab. 112 p. 35, $_{35}$—**p. 36,** $_{1}$ fruges (= Fulg. I 10 p. 22).

fab. 113 (v. 11—14. 21—28 = Fulg. I 12 p. 23).

Totam fabulam in fonte fuisse et Fulgentium v. 15—20 omisisse inde concludo, quod etiam Isidorus (Orig. VIII 11, 53) partem v. 11—20 iisdem fere verbis usus narrat; omisit Fulgentius v. 15—20, Isidorus v. 21—28.

Solus mythographus Vaticanus totam fabulam expressit: habet enim

Fulg.	Isidorus	Myth. Vat.
v. 11—14	v. 11—14	v. 11—14
	v. 15—20	v. 15—20
v. 21—28		v. 21—28.

fab. 114 (= Fulg. I 15 p. 25 sqq.).

Omisit Fulg.:

v. 33 *quae repperit historias;*

v. 34 *quae tibias invenit;*

v. 35 *quae tragoedias edidit;*

v. 36 *quae comoedias edidit;*
v. 37 *quae rhetoricam invenit;*
v. 38 *quae geometriam repperit;*
v. 40 *quae psalterium instituit;*
v. 41 *quae astrologiam invenit;*
v. 42 *quae litteras docuit.*

fab. 115, $_{3-6}$ (= Fulg. I 13 p. 24).

fab. 116, $_{24.\ 27-29}$ (= Fulg. I 14 p. 24).

fab. 118, $_{36-37}$ (= Fulg. I 16 p. 27).

fab. 120, $_{32-40}$. **p. 39,** $_{18-17}$ (= Fulg. II 12 p. 52 sq.).

fab. 125, $_{9-20}$ ex eodem fonte quo Fulg. III 9 p. 73 usus est, qui tamen v. 16—20 omisit; sed dubitari nequit, quin exitus quoque illius certaminis in fonte scriptus fuerit.

v. 23—25: hanc de Midae auribus asininis fabulam quam in eodem fonte fuisse atque v. 9—20 Fulgentius docet, mythographus hic leviter tangit, quod iam fab. 90 eam attulit.

fab. 132.

In schol. Stat. Th. II 286 Gratiae sunt Iovis et Autonoes vel Hermiones filiae; apud Hygin. (p. 12 Schm.) Iovis et Eurynomes, apud Serv. ad Ae. I 724 Veneris et Liberi filiae. Alii alios parentes nominant. I u n o earum mater est apud Cornut. theol. 15, Colluth. Ἁρπαγὴ Ἑλένης v. 174. v. 88, schol. Odyss. VIII 364, Nonn. Dionys. 31, 186.

fab. 148, $_{27-29}$.

Altera fabulae forma v. 30 sqq. ex Metamorphoseon argumentis desumpta cum priore verbis *hoc modo* male est consarcinata.

fab. 156.

Eadem et filiorum et filiarum nomina affert scholiasta Stat. Theb. I 711. III 191. Reliqui autem omnes alia nomina habent (cf. Hyg. fab. 9. 11. 69; argum. Metam. VI 3 p. 828). Tzetzes Chil. IV 420 eadem fere nomina filiarum, alia filiorum praebet.

Verba Niobes (v. 13—15) similia sunt Ovidio metam. VI 170 sqq.

fab. 192.

Hanc quoque fabulam ex illo enchiridio mythologico fluxisse colligi potest verbis (v. 35 sq.) *sub uno anhelitu . . . percurrebat* cum fab. 63 comparatis.

v. 31 *iuxta Olympum montem*: cf. schol. in Lucan. IV 614. Goetz, Corp. gloss. V 471, $_{42}$.

v. 35 pro *III partem* scribendum est *VIII partem* (CXXV passus, cf. v. 38 *stadium* *o c t a v a* *pars miliarii*; cf. Goetz, Corp. gloss. IV 282, $_{4}$: *stadium passus CXXV*).

v. 40 lege *tempus V annorum, siquidem expletis annis III, anno V veniente . . .*: facile fieri potuit, ut numeri commutarentur.

fab. 196.

p. 59, $_{38}$—p. 60, $_{5}$: similia narrat Ctesias (Photii bibliotheca p. 36 b, 7 sqq.; Herod. ed. Müller p. 46 b); Nicolaus Damasc. (Müller F. H. G. III fr. 68 p. 406—409. Dindorf H. G. M. fr. 67 p. 64 sqq.).

p. 60, $_{5-10}$: Confundit mythographus Croesum cum Polycrate (v. Herod. III 120 sqq.); quod facile potuit fieri: cf. Maxim. Tyr. (diss. V p. 73 Reiske), qui Croesi casus cum Polycrate comparat: *Κροῖσος μὲν εἶχεν εὔιππον γῆν, Πολυκράτης δὲ εὔνεων θάλατταν. ἀλλ᾽ οὐδὲν τούτων βέβαιον, οὐχ ἡ γῆ Κροίσῳ, οὐχ ἡ θάλαττα Πολυκράτει· ἀλλ᾽ ἐλάμβανεν Ὀροίτης μὲν Πολυκράτην, Κροῖσον δὲ Κῦρος* e. q. s.

fab. 197.

Cf. comm. Lucan. VI 352: *Thamyris Doriensis fuit vir doctissimus, qui cum Musis contendit . . . <luc>e orbatus est;* cf. schol. Stat. Th. IV 181. — schol. Ovid. Ib. v. 272 (ubi de Apolline quoque mentio fit). (Hyg. Astron. II 6 p. 42 B. — schol. Arat. v. 75.)

fab. 204.

Alia genealogia exstat initio Hygini Fabularum.

fab. 218.

v. 15 sqq. cf. quae adnotavit Bode.

v. 20 sqq.: haec de Damocle aliter narrant Pseudacro et Porphyrio ad Hor. C. III 1, 17 sq.

Cf. Diod. bibl. XIV 2, 2. Cicer. Tusc. V 57 sq. 63; de offic. II 25.

fab. 230.

Mythogr. Vatic. et Fulg. III 5 p. 64 eundem scriptorem expilaverunt.

fab. 231 ex eodem libro atque Fulg. III 6 p. 66 sqq.

fab. 232 (= Fulg. III 2 p. 61 sq.).

v. 23 vox *contirones*, quae hac notione nusquam invenitur, in *contheroletas* mutanda est: cf. Fulg. l. l., myth. Vat. II 130, myth. Vat. III 7, 3 (*alios venatores*).

Ex iis, quae dixi de fontibus mythographi Vaticani, de aetate eius, cum de temporibus ipsorum auctorum quorundam, imprimis eorum qui ad nos non pervenerunt, non satis constet, nihil certi colligi posse apertum est. Si vero rationem inter mythographum et scholia Bernensia intercedentem (v. p. 58 sq.) respicies, a vero non nimis aberrabis dicens hunc fabularum librum non minus quam illa scholia originem ducere e studiis illorum doctorum Scotorum, qui s. VIII et IX rerum litterarumque veterum scientiam strenue promoverunt.[1])

1) Cf. H. Zimmer, Preuss. Jahrb. LIX p. 27 sqq.; Zeitschr. f. deutsch. Altert. XXXIII p. 325 sqq.; *Nennius vindicatus*, Berol. 1893 (cf. G. Wissowa, Götting. gel. Anz. 1895 p. 738 sqq.); L. Traube, *O Roma nobilis* (Abhandl. d. Münch. Akad. I Cl. XIX p. 297 sqq.).

Index fabularum.

Fab. 1	p. 26	Fab. 28	p. 60
2	26	29	28
3	26	30	28
4	26	31	28
5	27	32	28
6	27	33	60
7	27	34	28
8	27	35	28
9	27	36	28. 46
10	27	37	28. 46
11	59	38	29
12	52	39	29
13	60	40	29
14	60	41	29
15	40	42	29
16	69	43	29. 46
17	27. 46	44	29
18	47	45	41
19	27	46	29
20	27. 52	47	41
21	27	48	69
22	41	49	41
23	41. 45	50	52
24	60	51	70
25	52	52	30
26	60	53	30
27	27	54	30

Fab.	p.
55	70
56	70
57	30. 60
58	61
59	30
60	30
61	45
62	30. 52
63	70
64	30
65	30
66	30
67	30
68	61
69	31
70	31
71	41
72	52
73	47
74	31
75	41
76	58
77	70
78	53
79	70
80	41
81	41
82	61
83	31
84	61
85	61
86	47
87	62
88	47
89	59
90	47. 71
91	47
92	71
93	62
94	62
95	62
96	31
97	41. 62
98	31
99	31
100	31
101	24. 53
102	63. 71
103	31. 63
104	31. 46. 63
105	64. 71
106	57
107	71
108	71
109	71
110	31. 71
111	71
112	64. 71
113	71
114	71
115	57. 72
116	31. 72
117	31
118	32. 64. 72
119	51
120	47.54.58.72
121	32
122	32
123	32
124	52
125	47. 72
126	32

Fab.	127	p. 32
	128	53.
	129	32
	130	64
	131	47
	132	72
	133	41
	134	42
	135	32. 64
	136	51
	137	32
	138	53
	139	50
	140	32
	141	53
	142	33
	143	33
	144	33. 46
	145	33
	146	42
	147	33. 65
	148	47. 72
	149	47
	150	47
	151	42
	152	42
	153	33
	154	33. 46
	155	33
	156	72
	157	53
	158	33
	159	33
	160	33
	161	33
	162	33
Fab.	163	p. 34
	164	43
	165	65
	166	43
	167	43
	168	43
	169	44
	170	37. 44
	171	39. 44
	172	44
	173	37. 44
	174	44
	175	44
	176	65.
	177	66
	178	45
	179	66
	180	49
	181	34
	182	34
	183	37. 44
	184	47. 66
	185	47
	186	47
	187	48
	188	48
	189	48. 66
	190	34
	191	34
	192	73
	193	34
	194	34
	195	35
	196	73
	197	73
	198	38. 44

Fab.	199	p.	38. 44
	200		66
	201		35
	202		35. 67
	203		35.
	204		73
	205		35
	206		35
	207		45
	208		67
	209		67
	210		67
	211		68
	212		35
	213		35.
	214		68
	215		68
	216		35
Fab.	217	p.	36
	218		73
	219		68
	220		36
	221		36
	222		36
	223		36. 69
	224		36
	225		36
	226		36
	227		36
	228		36
	229		19. 49
	230		74
	231		74
	232		74
	233		56
	234		54. 56

Vita.

Carolus Robertus Ricardus Schulz natus sum Non. Decembr. a. 1880 in oppido Brandenburgensi, quod vocatur Koenigswalde, patre Augusto matre Augusta e gente Grundmann, quos adhuc inter vivos esse valde gaudeo. Fidem profiteor evangelicam.

Primis litterarum elementis in publico patrii oppidi ludo imbutus puer undecim annorum in ultimum discipulorum ordinem regii gymnasii Landsbergensis receptus sum. Inde post novem annos maturitatis testimonium adeptus vere a. 1901 Marpurgum Chattorum me contuli, ut litterarum Graecarum Latinarum Germanicarum studiis operam navarem. Post sex menses Halas migravi, ubi usque ad hunc diem versatus sum.

Docuerunt me viri doctissimi:

Marpurgenses: Birt, Maass, Schroeder, Thiele, Wrede;

Halenses: Bechtel, Berger, Blass, Dittenberger, Fries, Riehl, Robert, Strauch, Vaihinger, Wiese, Wissowa, Zachariae.

Proseminarii philologici, quod moderabatur Marpurgi v. d. Birt, Halis v. d. Wissowa, per bis senos menses, seminarii per duo semestria regentibus vv. dd. Blass, Dittenberger, Wissowa sodalis fui ordinarius. Praeterea ut interessem exercitationibus Germanicis vv. dd. Berger, Saran, Strauch, paedagogicis v. d. Fries benigne mihi permiserunt.

Quorum virorum omnium memoriam pio gratoque animo semper colam; imprimis autem viro illustrissimo Georgio Wissowa, studiorum fautori benignissimo, quo auctore et duce hanc composui commentationem, gratias ago quam maximas.